MONUMENTA BOICA: EDIDIT ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

EDIDIT
ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN XIV.

MONACHII,
TYPIS DR. FR. WILD (FF. PARCUS).
MDCCCLXXII

Digitized by Google

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN QUADRAGESIMUM PRIMUM.

EDIDIT
ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII,
SUMTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCLXXII.

Digitized by Google

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES
STACKS
JUN 26 1967

Digitized by Google

Praefatio.

Ab eodem quo tres antecedentes tomi recensitus prodit monumentorum boicorum hic tomus quadragesimus primus sive decimus quartus novae seriei.

Documentorum plus quam ducentorum quinquaginta editorum, quorum nonnulla, ut reformatio monasterii s. Stephani wirziburgensis ab Alberto episcopo instituta (pag. 313—356), satis ampli ambitus sunt, prior pars pertinet ad novissima tempora episcopatus Ottonis de Wolfskel inde ab anno MCCCXLIV usque ad diem XXIII mensis augusti anni MCCCXLV, quo ille mortem occubuit; altera res gestas episcopatus herbipolitani inde a morte Ottonis de Wolfskel usque ad finem anni MCCCLIII refert. Huic collectioni hoc loco adjungere placuit duo documenta quibus ab ecclesia wirziburgensi jus patronatus ecclesiae bretfeldensis dioecesis bambergensis coenobio sanctimonialium schlüsselauensi impertitur.

Digitized by Google

I.

1350, die 25. februarii.

Jn nomine domini amen.

Albertus dei gracia electus in episcopum herbipolensem confirmatus ad rei memoriam sempiternam.

Quoniam, vt sacri canones atque leges testantur, bone rei dare patrocinium seu consultum nedum presentis vite subsidium obtinere sed eciam perpetue remuneracionis premium cernitur expectare secundum dei prouidenciam graciosam, et quia religioni seu religiosis personis earumque precatibus racionabilibus ac deuotis multus fauor debetur tam diuinitus quam humanitus vtique premiandus, propterea nos diuina gracia inspirante de consensu et collaudacione expressis beniuolis et benignis dilectorum in Christo .. decani tociusque capituli ecclesie nostre herbipolensis quampluribus nempe tractatibus et deliberacionibus capitularibus necnon juris solempnitatibus debitis et consuetis in loco dicte ecclesie capitulari ac temporibus oportunis desuper habitis ut est juris, ecclesiam parrochialem hoc est juspatronatus ecclesie parrochialis jn Bretfeld dyocesis babenbergensis, quod quidem juspatronatus ad nos ac ipsam ecclesiam nostram herbipolensem dinoscitur pertinere, cum suis juribus quibuscunque nobis quidem et ipsi ecclesie herbipolensi in dicta ecclesia parrochiali conpetentibus uel ad eam religiosis in Christo deuotis et ob hoc nobis .. decano ac .. capitulo predictis deprecatiue et humiliter supplicantibus .. abbatisse et .. conuentui sanctimonialium monasterij jn Slusselawe ordinis cysterciensis dicte dyocesis ac eciam eidem monasterio, habentibus reuera tenues et exiles redditus census annuos ac prouentus, nichilominus tamen ex mera gracia diuinitus ipsis data meritorie et laudabiliter exercentibus solempnem diuini numinis cultum et obseruanciam regularem hospitalitatisque debite ac alia opera caritatis jn qua summa virtutum existit, et que nunquam excidit ac perperam nichil agit, donacione quidem perpetua

Digitized by Google

irreuocabili pia libera et perfecta ad ampliorem fundacionem monasterij prelibati et specialiter ob salutare remedium anime quondam nobilis Conradi de Sluselberg, eciam dotatoris monasterij memorati, cuius quidem Conradi hereditas seu hereditarie possessiones presertim a nobis ac predicta ecclesia herbipolensi procedentes in feudum ad nos siquidem ac eandem ecclesiam herbipolensem ex morte eiusdem quondam Conradi ecclesiastice in eodem monasterio traditi sepulture sunt legitime deuolute, canonice et solempniter concessimus dedimus donauimis, ac eciam in hijs scriptis concedendo dando et donando debite confirmamus ac tradendo in perpetuum assignamus.

Jn cuius rei roboris et testimonij firmitatem perhennem sigillum nostrum de nostro mandato est huic jnstrumento appensum.

Porro nos Eberhardus de Ryedern decanus totumque .. capitulum ecclesie herbipolensis de quibus prefertur recognoscimus et patefacimus eciam sub hijs scriptis, quod premissa de nostrum omnium capitulari assensu et collaudacione expressis beniuolis ac benignis ut premittitur debite processerunt. Jn quorum premissorum euidenciam testimonialem sigillum nostri capituli de nostro capitulari ac expresso mandato coappensum eciam huic jnstrumento existit.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo CCC° L^mo^, V kalendas marcij.

Utrumque cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

II.

1350, die 1. martii.

Jn dei nomine amen.

Nos Anna abbatissa totusque .. conuentus monialium monasterij jn Sluselowe ordinis cysterciensis babenbergensis dyocesis

Digitized by Google

presencium .. perceptoribus presentibus et futuris recognoscimus tenore et patefacimus per presentes, quod reuerendus in Christo pater ac noster dominus graciosus dominus Albertus electus jn episcopum herbipolensem confirmatus de consensu et collaudacione honorabilium et nostrorum graciosorum dominorum Eberhardi de Ryedern decani tociusque .. capituli ecclesie herbipolensis per legitimam donacionem ecclesie parrochialis hoc est jurispatronatus jn Bretfelt dicte dyocesis, ad ipsam quidem ecclesiam herbipolensem eciam ab antiquo spectantis, jpsum monasterium nostrum predictum amplius meritorie laudabiliterque dotauit, prout in litteris exinde confectis sub sigillis prefatorum dominorum electi et capituli desuper nobis datis plenius continetur.

Jn cuius rei testimonium perpetuum atque robur nostrum Anne, nate quondam domini Conradi de Sluselberg, abbatisse moderne et . . conuentus monasterij de quibus predicitur sigilla presentibus sunt appensa.

Datum kalendis marcij, anno dominj M° CCC° quinquagesimo jubileo.

Utrumque cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Ratio, quam in edendis diplomatibus secuti sumus, eadem est, quam in praefatione voluminis duodequadragesimi sive undecimi novae collectionis exposuimus.

Monachii, anno MDCCCLXXII, idibus decembribus.

Digitized by Google

Monumenta

episcopatus wirziburgensis.

Mon. Boic. vol. XLI. nov. coll. XIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

1344, die 1. januarii.

Otto episcopus coenobium in Westerswinkel reformat.

Jn nomine domini amen.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis predilectis in Christo deuotis . . abbatisse . . priorissis et conuentui . . sanctimonialium monasterij jn Westerswinkel ordinis sancti Benedicti sue dyocesis herbipolensis cum sospitate hominis utriusque beatifice salutis in dominancium domino incrementum.

Quoniam, ut sacer canon testatur, bone rei dare patrocinium seu consultum et presentis vite subsidium habere et eterne remuneracionis premium cernitur exspectare, sacra quoque religio monachalis super tripartita radice — videlicet constancia obediencie que melior est quam victime, et abdicacione proprietatis, ac custodia castitatis — substancialiter profundata ordinis quidem a sanctitate sedis apostolice approbati, et precipue ac antiqui[t]us sancti Benedicti prefati, cuius sanctitatem et veneracionem sanctorum . . patrum documenta et temporalium habundancia indicant ac demonstrant quibus longe lateque eiusdem ordinis monasteria eciam ab antiquo pullulasse videntur, statum humane vite in hac dei ecclesia militante celerius amplius et perfectius beatificando regulat seu gubernat, quinymmo ipsius sancti Benedicti regule . . professores et obseruatores vtriusque sexus superna benedictione beantur, vt eciam sanctorum dekalogus plenius attestatur, ne autem vnde spiritualis profectus queritur salutis dispendium subsequatur, nos — deum pre oculis et zelum salutis animarum habentes, easque lucrari domino per ampliacionem cultus diuini numinis et obseruancie regularis diuina fauente

Digitized by Google

clemencia jn vestro monasterio, nobis quidem et cuiuis .. episcopo herbipolensi pro tempore existenti inmediate subiecto, ad quod vos quoque venerabiles virgines Christi sponse vna cum . . clero et populo nostro gerimus specialis deuocionis affectum, sollicite cupientes — prehabita denique deliberacione consulta, statuendo racionabiliter et salubriter in hijs scriptis sancimus, vobis nichilominus vniuersis et singulis presentibus et futuris jn virtute sancte obediencie et sub pena anathematis episcopalis et sub obtestacione diuini judicij ac sub interminacione maledictionis eterne necnon eciam sub pena suspensionis prebendarum vestrarum districte precipiendo mandantes, quatenus vos, ut reuera preelecte persone ad laudem et cultum ac obsequium cunctipotentis dei et ierarchie celestis in hoc et futuro seculo deputate, jn omnibus et singulis festorum sollempnitatibus necnon diebus dominicis et festiuis omnes quidem et singule presertim corpore valide insimul solempnizando seu prout congruit celebrando, jn alijs vero diebus priuatis vniuersis et singulis vos quidem sane ac valide existentes nec in lecto egritudinis decumbentes pro medietate personarum singularum societatum vestrarum alternis septimanis per . . abbatissam et . . priorissas vestras debite alteranda missarum ac eciam horarum canonicarum nocturnarum et diurnarum officia cum nota loco et tempore debitis et consuetis juxta exigenciam festiuitatum et temporum occurrencium prout licet secundum equitatem et decet secundum honestatem ac eciam expedit secundum vestri moniolatus salubritatem peragere non cessetis, prout eciam astringimini secundum canonica et vestri ordinis instituta: angeli namque dei pro gwardia seu custodia animarum vestrarum in hac vita deputati karitatiue condolendo tristantur, sed demones vestre salutis insidiatores subrisorie deludendo letantur, quociens estis — ut frequenter — multe in refectorio et dormitorio, sed prochdolor pauce et raro in choro officiorum tempore debito diuinorum, ac eciam prochpudor in capitulo pro tempore et salute recipiende monastice discipline.

Jnsuper ex certis justis causis racionabilibusque motiuis consulte statuimus ac eciam sub penis et sentencia quibus supra precipiendo mandamus, vt deinceps nouicie vestre jn festo annunciacionis

Digitized by Google

gloriose virginis Marie dumtaxat ad hoc multifariam congruente regulam vestri ordinis sancti Benedicti profiteantur, seu vite regularis professionem faciant debitam et consuetam. Vos quoque omnes et singule, maxime fortes corpore siue sane, huiusmodj nouiciarum professionum festiuitatem in predicto annunciacionis festo, quocumque anno opus fuerit et expedierit, necnon priora festa propter professiones huiusmodj hactenus obseruata annuatim absque dispendioso inuidiose parcialitatis scrupulo conmuniter seu concorditer pacifice et pacienter celebrare et in diuinis officijs solempnizare solicite satagatis.

Deus itaque paciencie et solacij det vobis idipsum sapere inalterutum secundum Jesum Christum, ut vnanimes vno ore honorificetis deum et patrem domini nostri Jesu Christi vt beatus Paulus epistolat ad Romanos. Et pax dei, que exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligencias vestras in domino nostro Jesu Christo. Sicque in omni oracione et obsecracione cum graciarum actione peticiones vestre poterunt efficaciter innotescere apud deum, prout eciam apostolus ad Philipenses epistulando testatur: nec enim nisi concordie et pacis tempore bene colitur pacis auctor. Secundum doctrinam quoque apostolicam jn paciencia vestra animas vestras possidere curate: jn decore quippe sancte religionis virtutum domino militantes, et crucifigentes cum vicijs et concupiscencijs carnem vestram, ac eciam ad diuine maiestatis obsequia alias personas utriusque sexus per exemplum trahentes.

Quecumque autem vestrum suadente diabulo rebellauerint, seu inobedientes fuerint in premissis, quod absit, ipsas per acriores censure ecclesiastice ac eciam incarceracionis penas et sentencias debite refrenari et constringi eciam alijs in exemplum secundum diuini et humani juris exigenciam vtique volumus et mandamus.

Verum quia secundum apostolum non est magnum, ymmo congruit racioni, quod si que persone spiritualia serant eciam temporalia metant suo tempore atque loco, quinymmo eciam virtutum premia . . merentibus tribui conuenit, et religiosa sollicitudo ad augendam prouocandamque fidei et obediencie obseruacionem affici premio juris debet, vt lex jmperialis testatur, vt igitur premissa

Digitized by Google

presertim circa festa professionum pretacta eo feruencius et deuocius ac celebrius a vobis conmuniter peragantur, consulte et prouide ordinamus presentibus et mandamus, vt quiuis dicti monasterij . . prepositus jn singulis dictorum priorum festorum hactenus huiusmodj professionum diebus pitancias seu consolaciones victus tunc dari hactenus debitas et consuetas, jn festo vero annunciacionis predicto decetero, nempe professionum omnium nouiciarum vestrarum presencium et futurarum, duas vrnas vini franckonici ac eciam tunc simulas panis albas solitas ibi dari vna cum vno bono ferculo piscium nomine pitancie seu extraordinarie consolacionis dispensandas seu distribuendas equaliter more debito et consueto inter . . conuentuales ibidem tam valitudinarias seu decrepitas ac egrotantes pre debilitate quidem corporis decumbentes ab interessencia chori et capituli ex corporis necessitate de juris permissione exemptas quam ualidas siue sanas, que quidem sane dumtaxat diuinis officijs in choro in eisdem festis legendo et cantando debite et assidue absque fraude seu vara affuerint vt tenentur, annis singulis debeat vtique ministrare.

Preterea quia decet domum domini sanctitudo, et ne in agro dominico sacro, videlicet ordine sancti Benedicti, presertim in monasterio vestro, indecorum aliquid obrepat, aut viciosum quicquam in perniciosam segetem coalescat, sed vt in eo pocius flores honoris et honestatis fructus in vbertate succrescant, et ut vos Christi sponse non solum ipsam regulam sitis professe ex voto, sed eciam eius imitatrices exemplo propter obseruanciam regularis discipline ipsius sancti Benedicti ordinis in vtraque vita benedici vtinam valeatis, obsecramus per viscera misericordie dei nostri, ac per aspersionem sui preciosi sanguinis obstestamur, quatenus vos vniuersaliter singule ac singulariter vniuerse prouidere diligencius studeatis, ne presertim per contemptum obediencie regularis aut per abusum desidie in diuinis in vestro sancto cenobio quicquam reperiatur incongruum quod maculam ponat in regularis gloria honestatis et dominicam possit noninmerito offendere maiestatem, sed prorsus vt celibes caueatis solerter ne domum domini — scilicet vestrum beatum cenobium seu conuentum — in capite vel in menbris laudabilis

Digitized by Google

vite et religiose conuersacionis laxatis habenis et monachali modestia regularique disciplina inpudenter abiectis duodecim claustri abusiones, per Hugonem de Folleto libro II° de claustro anime enumerate, quibus religionis corrumpitur tota massa, subintrent seu inuadant vllo vmquam tempore siue modo, sed inibi concedente domino prorsus et protinus euanescant, scilicet prelata negligens, discipula inobediens, juuenis occiosa, senex obstinata, monacha curialis, monialis causidica, habitus preciosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolucio in choro, et jrreuerencia circa dei et sanctorum altare: porro ubi gubernaculum discipline contempnitur, restat vt religio naufragetur.

Prelatus igitur seu . . prelata animaduertens — quia quod a . . prelatis conmittitur a subditis facile trahitur in exemplum, et quod facilitas venie sepius incentiuum tribuit delinquendi — ad corrigendos quippe subditarum personarum excessus tanto diligencius debet assurgere quanto dampnabilius earum offensas deseret incorrectas, nichilominus tamen eciam pastorali nostro ac eciam cuiusque . . dyocesani loci pro tempore existentis officio in premissis vigilare debente ne sanguis seu excessus ipsarum subditarum personarum de sui . . prelati seu prelate manibus requiratur: licet etenim Hely summus sacerdos bonus existeret in se ipso, quia tamen efficaciter non corripuit filiorum excessus, jn se pariter et in ipsis vindictam diuine animaduersionis excepit, dum filiis eius in bello peremptis ipse de sella corruens fractis ceruicibus exspirauit.

Demum in premissis consciencias vestras strictius onerantes, ac ex desiderio diucius vobis loqui vix cessantes, ad presens nos vna vobiscum vos quoque vna nobiscum quesumus incessanter humiles preces effundamus ad deum, apud eum deuotis oracionibus sepius insistentes vt ipse qui facit concordiam in excelsis sic efficiat nunc et semper concordia corda vestra quod zizanijs discordie, si qua fuerit, de medio vestrorum cordium virginalium per graciam inspiracionis diuine quasi per sarculum quamtocius euulsis penitus et explosis per vnanimem et salutarem obseruanciam et frequenciam premissorum exerciciumque virtutum beatitudinem vltimatam post hanc vitam a plasmatore et saluatore omnium jn laudem sui nominis

et numinis gloriosam ac eciam consolacionem cunctorum celibum gaudiosam vtinam mereamini feliciter adipisci. Quod vobis et nobis graciose concedat qui est in seculorum secula benedictus.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, kalendis januarij, pontificatus vero nostri anno decimo, sub sigillo nostro presentibus appenso jn robur et testimonium omnium premissorum.

Jn litteris ipsis scriptum est: anno dominj millesimo trecentesimo quadragesimotercio.

Ottonis episcopi sigillum filis sericis rubri et viridis colorum ex illis suspensum fere omnino integrum est.

II.

1344, die 12. januarii.

Die Stadt Wirzburg verbindet sich — unter Wahrung der Rechte des Bischofes — mit Nürnberg zur Aufrechthaltung des Landfriedens bis zwei Jahre nach Kaiser Ludwigs Tod.

Kunt sie allen den die disen brief an sehen lesen oder horen lesen, daz wir . . die burgermeistere der rat vnd die burgere gemeinlich der stat ze Wirceburg von gunst vnd mit willen vnsers allerdurluhtigesten herren des romischen keyser Ludwig mit gelerten vnd gesworn eiden vns zu den ersamen vnd wisen mannen . . den burgern gemeinlich der stat ze Nuremberg, vnsern lieben getrewen frůnden verbunden vnd verstricket haben dem lantfrid vnd allen den die itzund dar inne syn oder noch dar in kumen die dem lantfrid gehorsam syn wellen, vnd der selben vnserre verbuntnisse ze hilfe vnd ze schirme.

Vnd haben vns also verbunden, ob den lantfrid vns oder die vorgnanten vnsere frunde von Nuremberg oder die noch kumen

Digitized by

in dise verbuntnisse ieman schedigte oder schedigen wolte wider reht, ez were an freyunge an rehten an gůten gewonheiten an libe oder an gůte, daz wir dar zu wellen vnd suln beholfen syn enander mit guten triwen, dem selben gewalt wider zesten vnd vns da wider zesetzen, daz dem lantfrid vnd dem die smacheid widerfarn ist daz widertan vnd gebezzert werde mit mynne oder mit rehte, doch mit sulcher hilfe vnd sy vnd wir denne ze rate werden vf vnser eide an allez geuerde.

Vnd sprechen vnd globen auch by den selben eiden, dise buntnisse stete ze halten zwei gantze jar nach des vorgnanten vnsers herren des keysers tode.

Vnd ob sy die mebenanten vnser frunde von Nuremberg oder die noch kumen in dise buntnisse vnd sich dise vnser verbuntnisse vergangen hat ieman vintschaft tragen wolte von der buntnisse wegen oder vmb die getat die dar inne geschehen were, dar zu sullen wir in beholfen sin, die selben vintschaft ze rihtene vnd ze enden als wir denne aber mit in ze rate werden vf die eyde, als verre vns lib vnd gůt gereichen mag ane alle argeliste.

Jn den selben vnsern verbuntnissen nemen wir vz vnsers herren reht des byschofs ze Wirceburg.

Des zeym vrkunde haben wir alle gemeinlich geheizzen mit vnserr stat jnsigel besigeln disen brief.

Der geben ist, vnd geschahen alle vorbeschriben ding do man zalte von Cristes geburtte drucehen hundert jar in dem vierden vnd vierzigsten jare, an dem mentage noch dem obersten tage aller nehst.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

III.

1344, die 16. januarii.

Heinrich von Attoltzhusen beurkundet dem Hochstifte das Recht der Wiederlosung einer Hofstatt und eines darauf zu erbauenden Hauses auf der Feste Klingenberg um 100 Pfund Häller.

Jch Heinrich von Attoltzhusen bekennen fur mich vnd

Digitized by Google

alle min erben vnd tun kunt offenlichen an disem brief, daz ich vnd min erben die hofstat nehst bie der capeln vf der vesten Klingenberg gelegen, daruf ich ein huse mit gunst vnd wort des erwirdigen mines gnedigen herren byschofs Otten ze Wirtzburk bůwen sol vnd wil, vnd auch daz selbe hus daz ich daruf also danne gebuwet han dem selben minem herren byschof Otten sinen nachkomen byschofen oder aber dem capitel des stiftz ze Wirtzburk ob niht byschofs do were sullen wider geben zelôsen vmb hundert pfunt haller, die ich vnd min erben daruf haben nach der brief sage die ich von dem vorgenanten herren byschof Otten daruber han.

Des ze eim waren vrkunde vnd gezucnůsse gib ich fur mich vnd min erben dem selben minem herren byschof Otten vnd sinem stift mit minem hangenden jnsigel versigelt disen brief, der geben ist am frytak vor sant Agneten tak, do man zalt nach Cristes gebůrt drůtzehen hundert jar vnd darnach in dem vierden vnd viertzigesten jar.

S[igillum] HEINRICI DE ALTOLDESHVSEN fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

IV.

1344, die 23. januarii.

Hanns von Sultza gibt dem Hochstifte seinen Theil an der Feste Sultza auf, und empfängt ihn als Mann- und Weiberlehen.

Jch Hanns von Sultza edel kneht bekenn fůr mich vnd alle min erben vnd tůn kunt allen den die disen brief ansehen oder hôren lesen, daz ich mit gůtem willen vnd vereintem můt dem hochwirdigen minem gnedigen herren byschof Otten vnd sim stift ze Wirtzburk minen teil an dem hus vnd vesten Sultza vnd swaz darzů gehôrt, daz biz her min rehtlich eigen gewezt ist,

Digitized by Google

lediklichen vf gegeben han, vnd daz von im vnd sim stift ze Wirtzburk wider empfangen han ze rehtem lehen, vnd auch im vnd dem selben stift da von gehuldt han als lehens reht ist. Vnd sullen es auch alle min erben fûrbaz eweklichen von dem stift ze Wirtzburk ze lehen haben vnd dafûr empfahen, vnd auch da von hulden als reht ist.

Doch hat der vorgnant min herre byschoff Otte mir vnd minen erben die gnad daran getan, daz ich vnd alle min erben, es sîn frawen oder man, den vorgnanten teil an minem hus ze Sultza vnd swaz darzů gehôrt von im vnd sim stift ze Wirtzburk sûllen vnd mûgen haben ze lehen, also doch daz im vnd dem selben stift alwegen da von gehuldt werde als sogtans lehens gewonheit vnd reht ist.

Vnd zů eim gezuknůz vnd waren vrkůnde han ich gebetten die erberen bescheiden lůt . . den schultheissen vnd die bůrger gemeinlich der stat ze Meyningen, daz si der selben stat jnsigel vber mich ze vrkůnde an disen brief haben gehangen. Vnd wir.. der schultheiss . . die schepfen vnd die bůrger gemeinlich ze Meyningen bekennen, daz wir durch bet willen dez vorgnanten Hanns vnser vnd der stat ze Meyningen jnsigel haben gehangen an disen brief.

Der geben ist do man zalt nach Crists gebůrth drůzehenhundert jare vnd darnach in dem vier vnd viertzigsten jare, an dem nehsten frytag vor sant Pauls tak als er bekert wart.

SIGILLVM CIVITATIS MEININGEN fascia de ipsius documenti membrana confecta suspensum integrum est.

Aliarum litterarum huc spectantium, die 25 mensis augusti anni 1341 exhibitarum, Ottonis episcopi sigillo fascia membranacea inde suspenso munitarum, tenor hic est:

Wir Otte von gottes gnaden byschof ze Wirtzburk bekennen an disem brief: wan die vesten kneht Berhtolt von Sultza vnd Cunrat von Eckstorf gebrůder, vnd Ludwig von Sultza, ir beider swager, swaz si rehts oder teils haben an dem hus vnd hof ze

Digitized by Google

Sultza vnd allem daz darzů gehört vnd si da selbs ze Sultza haben, es si in holtz dorf oder in velde, gesůht vnd vngesůht, daz ir rehts eigen biz her gewesen ist, vns vnd vnserm stifte williklichen vnd ledik-lichen vf geben haben, vnd daz alles von vns vnd dem selben stifte ze rehtem lehen wider empfangen haben, vnd vns da von gehuldt haben als lehens reht ist, vnd sullen auch by vns vnd vnserm styfte beliben vnd eweklich besitzen, darumb so haben wir in hin wider die gnade getan, were daz si oder ir dheinr were der erben liezze die niht sůn weren, daz dann dez libs erben die tôhter oder frawen sin die selben lehen haben vnd niezzen sůllen vnd můgen in allem dem rehten als ob es knecht oder man weren, ane alles hindern.

Vnd darůber zů eim gezuknůz vnd waren vrkunde haben wir in mit vnserm jnsigel geheissen versigeln disen brief, der geben ist an dem samstag nach sant Bartholomes tak, do man zalte nach Crists gebůrth drutzehen hundert jar dar nach in dem ein vnd viertzigsten jar.

V.

1344, die 23. januarii.

Die Besitzer der Feste Burgsulza geben diese und ihre Güter zu Sulza Steinbach und zum Rode dem Hochstifte auf, und empfangen sie als Lehen.

Jn gotes namen amen.

Kunt si° allen den di° disen brief vornemen, daz wir Berhtolt von Sulza vnd Offemia sin eliche wirtin, Ludewig von Sulza vnd Else sin eliche wirtin, Cunrat von Eckesdorf vnd Else sin eliche wirtin, Johans von Sulza genant von Steinbach vnd Gele sin eliche wirtin, fůr vns alle vnd alle vnser erben mit gesamenter hant mit wol bedahtin vnd voreinten mute vnd auch mit rate vnserr mage vnd gůten frunde vnser vesten genant Burg-sulza, dî von vnsern eldern fůr reht eygen vf vns geerbet ist, vnd auch waz eygens wir vnd vnser eldern alda selbes zů Sulza zů Steinbach vnd zům Rode in dorfern vnd in felden haben,

Digitized by Google

daz allez gein Sulza market vnd flůret, gesuht vnd vngesuht, deme hochwirdegem vnserm genedegem herren bischof Otten vnd sime bistůme zů Wirtzburg reht vnd redelich vf gegeben vnd in geantwirt han. Vnd han wir Bertolt, Ludewig, Cunrat, Johans, dî vorgenanten, dî selben vesten mit den vorbegriffen gůten allen von dem vorgenantem vnserm herren bischof Otten vnd sime bistůme zů lehen enpfangen, vnd ime da vone gehult vnd gesworn.

Ez sal auch dî selbe veste Sulza offin hůs sî vnd eweclich belibe des selben bistůmes wider allermengelich an alle geuerde.

Vnd sal auch ein islich bischof vnd der stift zů Wirtzburg dî selben vesten Sulza vnd waz darzů gehôrt als vor geschriben stet mit dem rehten vorspreche wider allermenlich an geuerde.

Vnd des zů eime ewegen gezůgnisse vnd waren vrkunde haben wir dî vorgenanten vier manne vnser jnsigel gehangen an disen brief, vnder den selben jnsigeln wir Offemia, Else, vnd Else, vnd Gele, der vorgenanten vier manne eliche husfrauwen, bekennen aller dirre vorgeschriben rede.

Vnd ist daruber diser brief gegeben do man zalte von vnsers herren geburte druzehenhundert iar vnd dar nach in dem vier vnd vierzegestem iare, an dem fritage vor sant Pauls tage als er bekart wart.

Quatuor quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa integra sunt.

VI.

1344, die 23. januarii.

Bischof Otto schlichtet einen Zwist der Bürger von Volkach und des Klosters Ebrach wegen eines Faselstieres u. s. w.

Wir Otte von gots gnaden bischof ze Wirczburk bekennen vnd tun kunt offenlich an disem brîfe, daz wir vm dî ansproche vnd zweyunge dî vnsere burgere gemeinlichen ze Volkach hatten zů den ersamen vnd geistlichen lůten dem . . apt . . dem conuent

Digitized by Google

vnd dem closters ze Eberach vm einen styer ze lihenne ein ezzen an dem pfinkestage vnd einen schilling pfenninge zegebenne alle ior von den hôfen ze Elgersheim vnd zûm Gyzûbele, vnd auch vm dî pfandunge dî dyselben vnser burgere dorûm geton hatten, als sy des beidersit zu vns gegangen sin, ein gantze frûntschaft vnde rihtunge gemachet haben, also daz dyselben vnsere burgere daz vorgnanten ezzen styer zelihenne vnd einen schilling pfenninge zegebenne von den vorgnanten hôfen niht mer nemen noch vordern sûllen, vnd dyselben hôfe sûln auch des fûrbaz ledig vnde los sin: vnd dorûm haben dî vorgnanten . . der apt vnd . . der conuent vnd daz closter ze Eberach vnd auch fûr dî schaden der vorgnanten pfandunge den vorgnanten vnsern . . burgern gegeben zehen pfunt hallere.

Vnd des ze vrkunde ist vnser jnsigel gehenket an disen brîf, der geben ist ze Wirczburg, am frŷtage noch sant Agneten tage, do man zalte von Cristes gebûrte drûtzehen hundert jar vnd dornoch in dem vier vnd vierzigesten jare.

Ottonis episcopi sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum magnam partem decidit.

VII.

1344, die 27. necnon die 30. januarii.

Otto episcopus capellae sancti Laurentii in villa Tarstat sitae, a parochiali in minori Ochsenfurt ecclesia separatae, curam animarum annectit.

1.

Jn nomine domini amen.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis tenore presencium . . perceptoribus patefacimus vniuersis, quod bona redditus atque census infrascripti ad dotacionem ac separacionem ecclesie in Tarstat, filialis ecclesie parrochialis in minori Ohsenfurt nostre dyocesis, ab eadem ecclesia parrochiali eius matrice hucusque faciendam pro sustentacione . . plebani ibidem in Tarstat jnsti-

Digitized by Google

tuendi de nouo debite sunt donati ac eciam deputati, prout legitime nobis constat.

Primo videlicet honorabilis Wolframus pincerna de Rosseberg thesaurarius ecclesie nostre herbipolensis rector, et Hertlinus perpetuus vicarius ecclesie parrochialis in minori Ohsenfurt predicte oblaciones in villa Tarstat annue cedentes, jtem minutam decimam in villa ibidem, jtem redditus quinque maldrorum siliginis annue in festo sancti Jacobi apostoli soluendos super et de bonis in eadem villa Tarstat sitis dictis die wydem, jtem redditus septuaginta denariorum herbipolensium super et de tribus jugeribus vinetorum sitorum an der banliten et ante siluam in marchia ville Gozpoltsdorf, jtem redditus trium pullorum quorum duo de domo Conradi dicti Gyselheim et tercius de quodam agro quem possidet Heinricus Houeman soluuntur; preterea . . magistri fabrice ac vniuersitas . . jncolarum dicte ville Tarstat redditus quinqe maldrorum siliginis in festo beati Jacobi soluendos super et de hůba ibidem in Tarstat spectante ad fabricam quam jure enphyteotico possidet Kungundis Kircheimin, jtem vnum maldrum siliginis et vnum maldrum auene in dicto festo beati Jacobi soluenda super et de hůba ibidem quam Johannes dictus Amlung a magistris fabrice dicte ville in emphyteosim tenet, jtem dimidium maldrum auene super et de vineto quod possidet Agnes dicta Gyselheim sito in posteriore parte montis Wurmberg, jtem dimidium maldrum auene super et de vineto quod ibidem Rudgerus dictus Kircheim tenet et possidet, jtem redditus trium maldrorum siliginis in festo sancti Jacobi soluendos super et de bonis in Hopferstat apud Johannem dictum Eizpreht per . . magistros fabrice in Tarstat emptis, jnsuper dimidium juger vineti in monte Wurmberg quod ad cappellam in Tarstat dictus Herbst Amelung tradidit et legauit; ceterum Berhtoldus dictus Schurrich et Gerdrudis coniuges procuratores hospitalis in Jphouen redditus annuos videlicet sex libras hallensium super et de quibusdam suis vinetis sitis in marchia Lankheim maiori et vno vineto in marchia Rőtelse in loco dicto die gerlag růb dicte ecclesie in Tarstat eiusque . . plebano pro tempore existenti

Digitized by Google

donacione inter viuos irreuocabili et perfecta legitime donauerunt tradiderunt ac eciam assignarunt. Predicti quoque . . magistri fabrice ac vniuersitas . . jncolarum dicte ville in Tarstat debite spoponderunt, quod eidem ecclesie in Tarstat suoque . . plebano annuos redditus perpetuos trium librarum hallensium debeant conparare; necnon eciam huiusmodi . . plebano pro tempore existenti de domo seu hospicio habitabili vel saltem de habitacione Conradi dicti Gyselheim aut Johannis dicti Amelung ibidem in Tarstat promiserunt eciam prouidere.

Demum quilibet . . plebanus ibidem in Tarstat pro tempore existens de redditibus juribus et vtilitatibus aliis ad ecclesiam parrochialem in minori Ohsenfurt predictam pertinentibus, et que eadem ecclesia parrochialis eiusque . . rector seu . . plebanus ibidem in Tarstat habet, se nullatenus intromittere, nec ipsam parrochialem ecclesiam ac eius . . rectorem seu . . plebanum in eisdem quomodolibet impedire debebit, saluis tamen pro ecclesia in Tarstat predicta eiusque . . plebano oblacionibus redditibus et prouentibus suprascriptis.

Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC° XLimo quarto, VI kalendas februarij, pontificatus vero nostri anno decimo.

Sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

2.

Jn nomine domini amen.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis ad rei memoriam sempiternam.

Quoniam, vt sacer canon testatur, bone rei dare consultum seu patrocinium et presentis habere vite subsidium et eterne remuneracionis premium cernitur expectare, jnter cunctas quidem eciam sollicitudines nostris humeris ex pastoralis officii debito incumbentes cottidie hoc potissime insidet cordi nostro, vt nostris temporibus cultus diuini numinis in cleris et populis nobis subditis presertim in

Digitized by Google

locis ad hoc debitis seu consuetis diuina opitulante clemencia merito augeatur, et auctus durabiliter perseueret, cunctipotenti referens incessabiliter et venerabiliter laudes et gracias debitas ac condignas.

Nos itaque ad supplicacionem dilectorum in Christo . . jncolarum ville in Tarstat, infra limites ecclesie parrochialis in minori Ossenfůrt nostre dyocesis situate, qui tempore pluuiarum ac jnundacionis fluminis Mogi inter dictas villas in minori Ossenfůrt et Tarstat defluentis et presertim hyemali tempore propter glacies in huiusmodi Mogi flumine decurrentes dictam in minori Ochsenfůrt ecclesiam parrochialem ipsorum plerumque sine difficultate et incomoditate euidente adire et ibidem diuinorum officiis interesse non possunt, quibus eciam protunc a . . plebano ipsorum ibidem in minori Ochsenfůrt sacramenta et sacramentalia ecclesiastica sepe non valent comode ministrari, de consensu . . sanctimonialium monasterii in Kitzingen ordinis sancti Benedicti dicte nostre dyocesis, ad quod juspatronatus predicte ecclesie parrochialis in minori Ochsenfůrt dinoscitur pertinere, et honorabilis Wolframi pincerne de Rosseberg thesaurarij nostre herbipolensis ecclesie rectoris, et Hertlini plebani eiusdem parrochialis ecclesie adhibito super eo, deliberacione quidem prehabita prouida et consulta, ex predictis ac alijs causis seu motiuis iustis et racionabilibus nos ad hoc mouentibus cappellam seu ecclesiam beati Laurencij martiris ibidem in Tarstat, filialem predicte parrochialis ecclesie in minori Ochsenfůrt matricis eiusdem ab antiquo cum certa sua dote ac alias ad hoc sufficienter dotatam, prout legitime nobis constat, cum eius plebe seu . . jncolis ibidem in Tarstat dumtaxat a predicta in minori Ochsenfůrt ecclesia — eius matrice hucusque — et a subiectione eiusdem in spiritualibus et temporalibus absque eiusdem parrochialis ecclesie suique . . plebani preiudicio siue dampno auctoritate ordinaria in hiis scriptis, jnuocato dei nomine, dimembrando canonice separamus: jpsam quoque in Tarstat cappellam separatam in ecclesiam per se seu distinctam curatam seu curam animarum plebis seu . . jncolarum ibidem annexam perpetim habituram canonice jn nomine patris et filij et spiritus sancti presentibus jnstituimus intitulamus auctorizamus ac eciam confirmamus, jrrefra-

Digitized by Google

gabiliter statuentes quod dicta in Tarstat ecclesia ipsiusque . . plebs siue jncole ibidem deinceps per . . plebanum proprium ibidem personaliter residere debentem canonico seu debito spiritualium et temporalium regimine perpetue gubernetur, nec se predicte in minori Ochsenfůrt ecclesie in obseruancia jnhibicionis sepulture seu jnterdicti ecclesiastici qualiscunque decetero conformare quomodolibet teneatur.

Quociens autem huiusmodi plebanie beneficium deinceps vacare contigerit, ex tunc . . abbatissa dicti monasterii in Kitzingen pro tempore existens, dicte parrochialis ecclesie in minori Ochsenfůrt . . patrona, ydoneum clericum secularem, actu presbiterum existentem, vel saltem infra annum a tempore adepte pacifice possessionis beneficij huiusmodi numerandum — legitimo tamen impedimento cessante — vtique presbiterandum, pro plebano eiusdem beneficij infra juris tempus loci ordinario presentare debebit: alioquin eiusdem beneficij prouisio pro illa vice dumtaxat ad loci . . episcopum pertinebit.

Preterea ordinamus inuiolabiliter obseruandum, quod quilibet . . plebanus predicte in Tarstat ecclesie nichilominus vnacum . . plebe seu . . jncolis ibidem tempore synodi ecclesie parrochialis in minori Ochsenfůrt predicte visitare eandem ecclesiam in minori Ochsenfůrt more debito seu solito inantea annis singulis sit astrictus. Jnsuper quoque . . plebanus ecclesie parrochialis in minori Ochsenfurt predicte episcopalia et archidiaconalia ac alia jura seu onera qualiacunque debita et consueta decetero vt hactenus perpetuo absque contribucione . . plebani in Tarstat soluere siue dare debebit.

Bona vero redditus adque census cum quibus huiusmodi in Tarstat ecclesia ex nunc dotata est ac amplius dotabitur in futurum reuera fore ecclesiastice libertatis seu emunitatis, ea quoque gaudere, necnon eciam ipsum . . plebanum ibidem pro tempore existentem juribus et libertatibus aliorum nostre dyocesis . . plebanorum gaudere et vtifrui debere, decernimus et pronunciamus legitime in hiis scriptis, eximentes eum et ea et presentibus promulgantes exemptos a pre-

cariis stûris herbergiis seu hospiciis, ac vniuersaliter ob omni jugo seu onere cuiuslibet layce seu illicite potestatis.

Jnsuper eciam quilibet . . plebanus huiusmodi vt plebanus matricis seu parrochialis ecclesie ibi et alibi per nostram dyocesim . . secundum exigenciam juris eciam synodalis ac consuetudinis desuper obseruate tam in luminibus seu candelis ecclesiasticis, quam in octo pecorum pascuis et custodia, necnon in aliis juribus seu consuetudinibus ville et marchie ibidem emunitatis seu libertatis prerogatiua gaudebit.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium perpetuum atque robur has litteras desuper conscriptas mandauimus nosri sigilli appensione muniri.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC° XLquarto, III° kalendas februarij, pontificatus vero nostri anno decimo.

Ottonis episcopi sigillum filis sericis rubri et viridis colorum ex hoc documento suspensum est.

VIII.

1344, die 20. februarii.

Erlass des Bischofes Otto an die Bürger von Wirzburg bezüglich ihrer streitigen Verhältnisse mit ihm.

Wir Otte von gotes gnaden byschof ze Wirtzbûrk lazzen wizzen alle vnser liebe . . burgere ze Wirtzburk arem vnd ryche, daz die zweyunge die ietze ist zwischen vns vnd v̊ch von niht anders ist danne von der bûntnusse wegen die ir mit den steten ietze getan hapt one vnser gunst willen vnd heizze, daz vns vnd vnserm stift vnd auch vch ze grozzem schaden gedyhen mo̊ht, vnd daz auch niht sin solt, vnd nihtmer geschehen noch gehôrt ist danne bie vns allein, vnd auch darumb daz ir geboten vnd vnder ein ander versprochen hapt, wie irs heizzen wo̊lt, daz man den pfaffen hôue

hûsere oder andere gûte oder eygen niht solt furbaz zekaufen geben ze Wirtzburg, noch win do behalten, daz auch niht sin solt, noch nihtmer gehôrt noch geschehen ist danne auch bye vns alleyn.

Vnd wan aber ir vns vnd vnsern stift an der vorgnanten bûntnusse vzgenomen hapt, als ir sprechet, so gern wir vnd manen vch auch, daz ir die selben gebot verspruchnûsse vnd bûntnusse baz bedenket, wan sy von rehts wegen niht besten mugen, wan ir vns auch vnd vnserm stift vor gehuldt vnd gesworen hapt, vnd daz ir bie vns vnd vnserm stift blybet, vnd auch niht ensiet wider vns vnd vnsern stift vnd auch alle die zu vns vnd vnserm stift hôren, daz sin vnser pfaffeheit landesherren dienstlût mane burkman burgere vnd ander lûte arem vnd rych, die wir billych vnd von rehtes wegen versprechen vnd in helfen, wan wir vns auch behelfen mûzzen, vnd auch vch die stat vnd daz lant dester baz befriden mûgen mit allen den selben lûten, vnd ze vorderst mit den landesherren, der auch weynig keyner ist vnder den selben landesherren, er sy vnsers stiftz erbamptman, vnd daz ir auch wider vns vnd die selben vnd auch swa ir vnser banyer vnd gwalt sehet niht entût, vnd auch vns vnd vnsern stift bye vnsern rehten vnd frieheiten bliben lâzet, vnd vns auch beholfen siet als ir schuldig syt vnd vns auch gehuldt vnd gesworn hapt.

Wizzet auch, daz wir vch vnd die stat bie allen uwern rehten wollen volleclichen blyben lâzen, noch meynten nie niht vch vnd die stat daran zedringen oder ze irren vnbillichen an deheinen sachen, vnd wolten daz auch vngern tûn.

Wir wollen vch auch wider allermeynglich die vch vnd die stat schedigen wolten helfen schuren vnd schirmen mit allem dem daz wir vnd vnser stift vermûgen, als wir vch auch schuldig sin.

Wollet ir aber des niht tûn, des wir vch niht getriwen, e wir dan mit vch kriegten, wan daz vns vnd dem lande ze schaden kôm vnd kumen môht, vnd auch manike mensch leyder darunder verderben môht, vnd vch daz auch keinen frumen breht, e wolten wir vns hieruber lâzen benûgen an eim bescheiden frûntlichen rehten, vnd nyergo zewisen.

Were aber daz vch ieman anders von vns iht saget oder ge-

Digitized by Google

saget hatte, des solt ir niht von vns glauben, wan wir vngern ihtes wider vch tůn wolten, daz wir vnbillich teten.

Geben ze Wirtzburk, vnter vnserm kleinerm jnsigel vzzen vf disen brief gedruket, do man zalt nach Cristes geburt drutzehen hundert jar darnach in dem vyer vnd viertzigestem jar, am frytak vor sant Walpurk tak.

Sigillum cujus mentio facta est exteriori harum litterarum parti impressum non est nec unquam impressum erat. Unde dubitari poterit, an illae civibus wirziburgensibus exhibitae fuerint.

Exteriori earum parti Laurentius Friesius inscripsit: Wie Bischof Ot der stat Wirtzburg von wegen des Landfriden geschriben hat.

IX.

1344, die 26. februarii.

Urkunde des Erkenger von Sansheim über eine versicherte und verbürgte Schuld des Hochstiftes von vierthalbhundert Pfund Häller.

Jch Erkenger von Sansheim genant von Kottenheim ritter bekenn° ôffenlich an disem brief fůr mich vnd alle min erben, daz die vyerdhalphundert pfunt haller darumb mir vnd minen erben der hochwirdig min gnediger herre bischof Otte ze Wirtzburk sin vnd dez selben stiftz sibentzik malter weyzgůlt ze Herboltzheim jn gesetzt hat, vnd auch die vierdhalphundert pfunt haller die mir vnd minen erben min vorgenanter herre vmb nôtlichen buwe vnd kost vff vnserr frawen berk ze Wirtzburk auch verbrieft vnd mit bůrgen vergwizzet hat, alles ein gelt vnd ein schuld ist, wan mir vnd minen erben min vorgenant herre zů einr meren sicherheit dez selben geltz es also mit sim brief anderweid vnd mit bůrgen vergwizzet hat.

Vnd swenn ich oder min erben von dem vorgenanten minem herren bischof Otten oder sinen nachkomen bischoffen oder sim° stift ze Wirtzburk dez vorgenanten gelt, vierdhalphundert pfunt

Digitized by Google

haller nûwer, zû eim mal bezalt vnd gewert werden nach sage der brief die min vorgnant herre mir vnd minen erben darûber gegeben hat, so sol die vorgenant satzung der weyzz gûlt vnd auch die brief vnd bûrgen vmb daz selbe gelt als vorgeschriben stet jm vnd sim stift allerding ledig vnd loz sin, vnd sullen dann alle brief fûrbaz darûber die ich oder min erben darumb inne hetten kein maht haben.

Vnd hierûber zû eim gezuknûzz vnd waren vrkund han ich min jnsigel gehenkt an disen brief, der geben ist do man zalt nach Crists gebûrth drutzehenhundert jare vnd darnach in dem vier vnd viertzigsten jare, an sant Walpurg tak.

S[igillum] ERCKENGERI De SAVWENSHEIN fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

X.

1344, die 28. februarii.

Die Burggrafen Johann und Albrecht zu Nürnberg geloben dem Hochstifte nach dessen Entrichtung von 500 Pfund Hällern die Beweisung von 50 Pfund Gilte Erbburghut zu dem Swanenberge.

Wir Johans vnd Albreht von gotes gnaden burggrafen ze Nûrnberg veriehen vnd tûn kunt offenlichen an disem brief, daz wir gelobt vnd geheizzen haben vnd geloben vnd geheizzen auch mit disem brieue, daz wir den erwirdigen herren hern Otten byschoff ze Wyrtzburch, daz capitel da selbenst, oder den der dann' byschof da ist fünftzig pfunt geltes, die wir von dem stift ze Wyrtzburch ze erbe burkhut haben sullen zû dem Swanenberge, vnd darumb der erwirdige herre byschof Wolfram selige vnserm lieben herren vnd vater seligem geben vnd verschribenn het fünfhundert pfunt haller, der wir zuo disen zeiten gar vnd gentzlichen gewert sein, beweisen sullen in viertzehen tagen nach dem vnd wir von dem vorgenanten hern Otten byschof, dem capitel ze Wirtzburg, oder von dem der dann' byschoff da ist ermant werden an alle geuerde vnd auch nach der briefe sage die vnser vorgenanter lieber herre vnd vater selige dar vber geben hat.

Digitized by Google

Vnd des ze vrchûnde geben wir disen brief, besigelten mit vnsern jnsigelen die dar an hangent.

Der geben ist nach Kristes gebûrt dreûtzehenhundert jar vnd in dem vier vnd viertzigsten jar, am nehsten sampztag nach Mathie.

Duo quorum facta est mentio sigilla, quorum tergo sigilla notariatus impressa sunt, fasciis membranaceis ex hoc documento — quod Märcker et de Stillfried in monum. zolleran. vol. III pag. 115 et 116 sub num. CXVIII ediderunt — suspensa sunt.

Quas supra in mon. boic. collect. nov. vol. XII pag. 229 et 230 sub num. CXII edidimus litteras, diebus 14 et 17 mensis februarii anni 1324 exhibitas, huc conferre poteris.

XI.

1344, die 1. martii.

Die Burggrafen Johann und Albrecht zu Nürnberg bestätigen dem Hochstifte den Empfang der auf den Dörfern Bernheim und Herwoltzheim versichert gewesenen Geldsumme.

Wir Johans vnd Albreht von gotes gnaden burggrafen ze Nûrenberg veriehen vnd tûn kunt an disem brief, daz wir von des erwirdigen herren hern Otten byschofes ze Wirtzzburch vnd des capiteles des grôsten stiftes da selbenst gar vnd gentzlichen gewert sein dreier hundert mark' lôtiges silbers, ie für dl mark vier pfunt vnd aht schilling haller, siben hundert pfunt vnd dreyzzig pfunt haller von der entledigunge wegen der dôrffer Bernhein vnd Herwoltshein, darumb vnser vordern vnd wir vntzz' her' des erwirdigen bysschofes Berchtholden seligen ettlicher seiner nachkomen vnd des egenanten capiteles ze Wirtzz'burch brief gehabet haben.

Dar zû sein wir auch gewert fünf hundert pfund haller, dl bysschoff Wolfram' selige vnserm lieben herren vnd vater seligen vmb ein burkhût zdem Swanenberge geben hett.

Des zû vrkûnde geben wir disen brief, besigelten mit vnsern anhangenden jnsigelen, der geben ist nach Kristes gebûrt dreûtzzehenhundert jar vnd in dem vier vnd viertzzigsten jar', am montag nach Mathie.

Digitized by Google

Sigilla quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento — quod Märcker et de Stillfried in monum. zolleran. vol. III sub num. CXIX pag. 116 ediderunt — suspensa plus minus laesa sunt.

XII.

1344, die 8. martii.

Ecclesia onolspacensis ob fervorem magnae pietatis ac gratiae multimode ipsi impensae et in futurum ut sperat impendendae per dominum Ottonem episcopum ecclesiae herbipolensis, qui sua solita pietate inter cetera sua beneficia defectui ipsorum ecclesiae et personarum laudabiliter providit specialiter in incorporando et annectendo decimam vini sitam in monte dicto an dem Newenberge in Sumerahusen, in quo defectus personarum in potu non modicus relevatur, unde non immerito illi orationibus apud altissimum perhenniter obligatur, se motu proprio astringit et obligat, quod singulis annis in crastino animarum eidem domino episcopo in statu vivorum pro ejus salute et post ejus decessum cum majoribus vigiliis et missa defunctorum ipsius anniversarium solemniter celebretur, duae vero librae hallensium . . canonicis et . . vicariis ejusdem ecclesiae praesentibus praedicto die aequaliter dividantur.

Datum anno domini millesimo CCC^{mo} quadragesimo quarto, feria secunda post dominicam Oculi.

Sigilla decani et capituli ecclesiae onolsbacensis fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa fere omnino deciderunt.

XIII.

1344, die 13. martii.

Otto episcopus de assensu et collaudatione honorabilium virorum . . praepositi . . decani et . . capituli ecclesiae herbipolen-

Digitized by Google

sis vicariae in eadem ecclesia per quondam Berhtoldum de Seheim tabellionem curiae herbipolensis fundatae et dotatae quartam partem fructuum vini quae ecclesiae herbipolensi de sex jugeribus vinetorum in monte dicto Rabenspurk in loco an der Schûte marchiae Hocheim et per . . vicarium dictae vicariae hactenus cultorum annis singulis solvebatur ob uberiorem hujusmodi vicariae dotationem pro sua et ipsius tam praedecessorum quam successorum animarum remedio salutari donat tradit et assignat, necnon etiam hujusmodi sex jugera cum dicta ejus parte quarta praedictae vicariae proprietatis titulo possidenda appropriat legitime, eandem vicariam ac ejus . . vicarium pro tempore existentem in hujusmodi vinetorum et ejus quarta parte praedicta ac omnium ipsorum utilitatum plenariam possessionem mittens, necnon etiam a se et ecclesia herbipolensi abdicans, et in dictam vicariam ac ejus . . vicarium transferens omne jus seu dominium quod sibi et ecclesiae herbipolensi in dictis vinetis et ejus quarta parte competere videbatur, salva tamen et remanere debente sibi et ecclesiae herbipolensi ut hactenus decima hujusmodi vinetorum.

Albertus de Hohenloch praepositus, Eberhardus de Ryedern decanus, et . . capitulum ecclesiae herbipolensis praedictae recognoscunt, quod praemissa omnia de suo omnium consensu et beneplacito debite processerunt.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC° XLimo quarto, sabbato post diem beati Gregorii papae.

Ottonis episcopi necnon capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

Digitized by Google

XIV.

1344, die 19. martii.

Wolfram Schenk von Rosseberg löst verpfändete hochstiftische Güter zu Ranfelt auf dem Berge um 84 Pfund Häller ein, und beurkundet dem Hochstifte das Recht ihres Wiederkaufes.

Wir Otte von gotes gnaden bischof zv Wirzburg bekennen vnd tun kunt offenlich an disem brief allen den die in sehen lesen oder horen lesen, daz der ersam Wolfram schencke von Rosseberg custer vnsers stiftes zv Wirzburg für sich vnd für sin erben oder swem er die hernachgeschriben gut oder gůlt git bescheit oder machit an libe oder an tode mit vnserre vnd des .. capitels vnsers stifts zv Wirzburg gunst willen vnd wort reht vnd redelich widergelôst vnd gekauft hat vmb vier vnd ahtzig pfunt heller sines eygen geltes die gůt vnd gůlte zv Ranfelt vf dem berge [1]), in dem velde zem Bermode [2]) genant hinder der langen hecken da selbis gelegen, die da der veste kneht Gôtfrit vom Rode selige vnd auch Apel Rûdiger schultheiz zv Swinfûrt [3]) nu langens jn pfandes wise von vnserm vorgenanten stift biz her innegehabt haben, vnd jerlich gelten aht vnd zweintzig malter getreides, halp korn vnd halp habern, vnd sehzehen hůnre.

Vnd die selben gůt vnd gůlte alle sol der vorgenant Wolfram vnd sin vorgeschriben erben in nůtzlicher gewer, darin wir sie itz gesatzt haben vnd setzen an disem briue, jnne haben vnd niezin als sie die vorgenanten Gôtz vnd Apel biz her inne gehabt vnd genozzin habin.

Doch můgen wir vnser nachkomen bischôff oder aber daz capitel

---

[1]) Jn altero harum litterarum exemplari = B scriptum est: zu Ranfelt vf dem berk. [2]) B: zem Beremode. [3]) B: Apel Rudeger schultheizze zů Swinfůrte.

Digitized by Google

vnsers stifts zu Wirzburg abe dann nicht bischofes da were in dem selben rehten die vorgescriben gût vnd gûlte alle vmb den vorgenanten keuffer oder sin vorgenant erben wider keuffen vnd losen vmb vier vnd achzig pfunt heller, daz vorgenant gelte, wanne oder welchs jars man wil, doch also daz ie der widerkauf geschehe vf sant Peters tak der da vellet vmb die vasnaht. Were aber ob sich der widerkauf verzûge biz nach dem selben sant Peters tag, so sûln die vorgeschriben gûlte von dem selben jare dem vorgenanten Wolfram vnd sin vorgeschriben erben geuallen vnd werden gar vnd gentzlich.

Wir globen auch fûr vns vnd vnsern stift, diesen widerkauf vnd alliz daz hie vorgeschriben stet stete zv halten, vnd dawider niht zekomen noch zu tun mit geriht oder an geriht, geistlich oder werltlich, noch iman der da wider komen oder tun wolt des gesten noch gestaten mit dheinen sachen an alliz geuerde.

Des ze eim gezugnisse vnd warn vrkûnde geben wir dem vorgenanten Wolfram vnd sin vorgeschriben erben disen brief, mit vnserm vnd des vorgenanten . . capitels jnsigeln versigelt.

Vnd wir Albreht von Hohenloch tumprobst, Eberhart von Riedern techant, vnd daz capitel des vorgenanten stifts zv Wirzburg bekennen auch offenlich an disem brief, daz der vorgenant widerkauf vnd auch alliz daz da vorgeschriben stet mit vnsrer gunst willen vnd wort geschehen vnd zugegangen sin. Vnd auch des zv eim vrkûnde haben wir vnsers capitels jnsigel geheizen henken an disem brief.

Der geben ist do man zalt von Crists geburt drûzehenhundert jar darnach in dem vier vnde virzigisten jar, an dem nehesten fritag vor vnsrer frauwen tage in der vasten.

Jnsertae sunt hae litterae instrumentis duobus ab officiali curiae herbipolensis eodem tenore sabbato ante diem palmarum anni 1344 exhibitis sigillisque officialitatis munitis, quorum alterum jam abscissum est, in cujus officialis praesentia Wolframus pincerna de Rosseberg thesaurarius ecclesiae herbipolensis recognovit, se eos redditus ac bona pro se et suis heredibus sub gratia tamen reemendi emisse juxta modum et conditiones prout plenius continetur in hoc contractu.

Digitized by Google

XV.

1344, die 23. martii.

Das Hochstift verleiht die durch den Keller Lûppold auf dem Marienberge um 100 Pfund Häller wiedergelösten Güter und Gülten zu Ranfelt uf dem berge ihm und seinen drei Schwesterkindern leibrechtsweise.

Wir Otte von gotes gnaden byschof ze Wirtzburk bekennen vnd tûn kunt offenlich an disem brief allen den die in sehen lesen oder hôren lesen, daz der bescheiden man Lûppolt vnser lieber keller vf vnsrer fråuwen berge ze Wirtzburk für sich vnd die hernach geschriben . . lybe mit vnsrer vnd auch des . . capitels vnsers stifts ze Wirtzburk gunst willen vnd wort reht vnd redlich widergelôset vnd gekauft hât vmb hundert pfunt haller sins eigenn geltes die gût vnd gûlt ze Ranfelt vf dem berg in dem felde zem Berenrode gnant hinder der langen hecken do selbs gelegen, die da die vesten . . lute Gotfride vom Rode selge ritter vnd sin . . sûne nu langes jn pfandes wise von vnserm vorgenanten stift biz her innegehapt haben. vnd jerlich gelten funf vnd zweintzik malter getreides, halp korn vnd halp habern, vnd zwelf hûner.

Vnd die selben gût vnd gûlt mit allen rehten vnd nûtzen die dar zû gehôren vnd als sie vnser stift dar an hât vnd auch biz her braht hat sol der vorgnant Lûppolt, vnd auch Brûn Hans vnd Jûte, des selben Lûppoldes swesterkint, die wil sie oder aber ir eins oder mer leben von vns vnd vnserm stift in nûtzlicher gewer, dar in wir sie ietz gesatzt haben vnd setzen an disem brief, als gwonlich vnd reht ist furbaz innhaben vnd niezzen die wil die selben vier . . lybe oder aber ir einer oder mer leben.

Swenn auch die selben vier . . lybe abgangen vnd niht mer sin, so soln die vorgeschriben gût vnd gûlt mit allem dem daz

Digitized by Google

dar zů gehört als vorgeschriben stet one alle widerlosung vnd kauffe wider an vns vnd vnsern stift vallen, vnd ledig vnd losz sin gar vnd gentzlich one alles geuerde.

Wir geloben auch für vns vnd vnsern stift, disen widerkauff vnd alles daz da vorgeschriben stet stet zehalten, vnd do wider niht zekomen noch zetůn mit geriht oder one geriht gestlich oder wertlich, noch ieman der do wider komen oder tůn wolt des gesten oder gestaten mit deheinen sachen one alles geuerde.

Des ze eim gezůknusse vnd woren vrkunde geben wir den vorgnanten vier . . lyben disen brief, mit vnserm vnd des vorgnanten . . capitels hangenden jnsigeln versigelt.

Vnd wir Albreht von Hohenloch tůmprobst, Eberhart von Rydern dechant, vnd das . . capitel des vorgnanten stifts ze Wirtzburk bekennen auch offenlich an disem brief, daz der vorgnant widerkauf vnd auch alles daz do vorgeschriben stet mit vnsrer gunst willen vnd wort geschehen vnd zůgangen sin. Vnd des auch zu eim vrkůnde haben wir vnsers . . capitels jnsigel geheizzen henken an disen brief.

Der geben ist do man zalt nach Cristes geburt drůtzehenhundert jar vnd darnach in dem vier vnd viertzigesten jar, an dem nehsten dynstag nach sant Gerdrut tak in der vasten.

Jnsertae sunt hae litterae instrumento ab officiali curiae herbipolensis sabbato post annuntiationem beatae Mariae virginis exhibito, ejusque sigillo fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspenso munito, in cujus praesentia constitutus Lůppoldus, cellerarius montis beatae Mariae virginis, herbipolensis civis, recognovit se pro se et Brůnone Johanne et Jůta natis .. sororis suae pro tempore vitae ipsorum dumtaxat haec bona ac redditus emisse.

XVI.

1344, die 26. martii.

Albertus de Hohenloch praepositus, Eberhardus de-

Digitized by Google

canus, et . . capitulum ecclesiae herbipolensis, in capitulo specialiter propter hoc capitulariter congregati, tractatibus pluribus praehabitis diligenter, tandem in capitulo peremtorio anno domini millesimo CCC° quadragesimo quarto feria sexta ante dominicam palmarum celebrato cum bona deliberatione et unanimi consensu, nullo penitus contradicente seu dissentiente, pro conservandis consuetudinibus statutis formis juratis et canonice confirmatis necnon juribus ecclesiae herbipolensis omnes communiter et quilibet eorum fide data manuali praestita loco vice et nomine juramenti promiserunt et promittunt in his scriptis, defendere inquantum de jure possunt communibus expensis capituli bona fide et absque omni dolo et fraude contra quemcumque seu quoscumque impedientes seu ipsas ordinationes retardantes consuetudines statuta formas praedictas ac ordinationes super recipiendis seu admittendis personis ad canonicatus seu praebendas ecclesiae herbipolensis ac alia quae in ipsis formis continentur.

Datum Herbipoli, anno et feria sexta praenotatis.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

XVII.

1344, die 3. necnon die 10. aprilis.

Otto episcopus monasterium sancti Stephani in spiritualibus necnon quoad rerum temporalium statum reformat.

1.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis ad futuram rei memoriam infrascripte.

Quia non minus meritorium credimus, collapsa et ad non esse tendencia diligencia sagaci salubriter reformare et sic seruare in

Digitized by Google

esse, quam eadem de nouo cum non essent instaurare*), consi-derantes itaque venerabile monasterium sancti Stephani ordinis sancti Benedicti ciuitatis nostre herbipolensis fore grauium de-bitorum oneribus apud quamplures creditores multipliciter oppressum, necnon grauium reddituum annuorum per tempora ab ipso monasterio alienatorum obligacionibus quamplurimum oneratum, adeo quod de ipsius ineuitabili desolacione merito timetur nisi remedijs oportunis quantocius occurratur, necnon zelo religionis quem specialiter ad ipsum monasterium precordialiter semper gessimus ac gerimus, eidem monasterio et personis ibidem deo famulantibus ex affectu et cura nostri officij pastoralis de periculis grauioribus precauere et statum eorum inquantum deo adiuuante possumus in temporalibus et propter spiritualia necnon cultum diuinum quem in Herbipoli foueri et augmentari nostris temporibus desiderabiliter affectamus reformare salubriter cupientes, jnter alia quamplurima que alias pro reforma-cione ipsius monasterij tam in spiritualibus quam temporalibus magno studio et fida diligencia de consensu quidem et collaudacione dile-ctorum in Christo Ludwici electi confirmati in abbatem tociusque .. conuentus monasterij prelibati ordinauimus et disposuimus denuo statuimus ac ordinando sancimus, vt pro reempcionibus seu redemp-cionibus reddituum siue pensionum ac recuperacionibus bonorum alienatorum a dicto monasterio necnon solucionibus debitorum con-tractorum quidem vsque ad diem sancti Galli proxime transactum de quibus predicitur faciendis omnes et singuli fructus prouentus et obuenciones prouenientes de bonis subscriptis seorsum et diuisim colligantur, et in reempciones et recuperaciones bonorum et reddi-tuum principaliter cum fructibus reddituum huiusmodj reemptorum conmuniter et fideliter conuertantur, donec huiusmodj alienata totaliter recuperentur, et debita ipsius monasterij — videlicet abbacie et conuentus — predicta rite contracta integre persol-uantur, necnon edificia .. abbacie .. conuentus et jnfirmarie neces-

*) Jn margine alterius harum litterarum exemplaris quae sequuntur scripta sunt: Nam qui subtiliter factum emendat laudabilior est eo qui prius inuenit. C. de ve[tere] ju[re] enu[cleando] l. i. §. sed [neque] ex multitudine in fi[ne].

Digitized by Google

saria conpetenter fuerint edificata eciam infratacta, et cum fructibus memoratis.

Que quidem bona de quibus predicitur sunt hec. Videlicet redditus annone et census pecunie prouenientes de villa Sultzdorf, jtem census pecunie proueniens de villis Wlferichshusen, Echenhusen, Rotilmar, Bare, et Sal; jtem decima jn Nutlingen; jtem annona proueniens de decima seu redditibus de villis Rodehusen, Boppenlur', Maspach, Baldungeshusen, Batichenbrunn, Otrichshusen, Sahelmar, Stamheim, Jppensheim, et Kircheim; jtem decima annone in Gundersleuben, excepta tamen decima minuta eiusdem ville. Que quidem bona ibidem abbacie fuerunt. Jtem due karrate de meliori vino quod creuerit conuentui in marchia ville Hocheim; jtem decima et partes vini que soluuntur monasterio de vinetis sitis ante portam seu valuam dictam sancti Stephani extra muros nostros herbipolenses; jtem census pecunie in Butelbrunn, ad tredecim libras et tredecim solidos hallensium uel circa estimatus; jtem omnia debita bladi seu annone in quibus debitores quicunque tempore mortis quondam venerabilis domini Heinrici abbatis proximi ex quacunque causa tenebantur abbacie ibidem.

Volumus quoque et ordinando iubemus, quod tres fidedigni viri — videlicet vnus ex parte . . abbatis, et secundus ex parte conuentus, ac tercius ex parte . . episcopi herbipolensis — ad hoc quantocius deputandj redditus et census predictos colligant diligenter, fideliterque conseruent, ac dispensent sagaciter in vsus predictos cum scitu . . abbatis et . . conuentus seu maioris partis eiusdem uel saltem . . prioris et quatuor fratrum seniorum capitularium ibidem, raciones eciam inscriptis singulis annis amministracionis eorum jn crastino purificacionis et jn crastino sancti Galli facturi . . abbati et conuentui seu eis quos ad hoc duxerint deputandos. Quorum collectorum si quis ante conplecionem reempcionum seu recuperacionum bonorum et reddituum solucionem debitorum necnon edificacionem edificiorum de quibus predicitur decesserit, uel alia causa quacunque cesserit, in eius locum quociens opus fuerit is qui eum deputauerat absque mora subrogare debebit.

Redditibus vero et bonis predictis reemptis ac recuperatis, et debitis persolutis, due karrate vini de quibus predicitur reuerti ad conuentum debebunt.

Demum edificijs de quibus prefertur conpetenter edificatis, bona predicta que abbacie sunt deputata ad abbaciam, que vero conuentui attributa sunt specialiter ad ipsum conuentum cum fructibus et prouentibus suis libere reuoluantur.

Si vero aliquis . . conuentualium predicti monasterij medio tempore ante perfectionem predictorum aliquibus annis extra monasterium ipsum, in loco tamen honesto et congruo, de licencia . . abbatis uel eius vices . . gerentis aut negligenciam supplentis stare voluerit, illi pro prebenda sua totali quinque libre hallensium dumtaxat annue ministrentur, donec per . . superiorem debite fuerit reuocatus.

Jtem ut supra ordinamus, quod collecte episcopales alieque eciam propine expense et contribuciones de quibus in alia littera nostra super reformacione et diuisione bonorum sepedicti monasterij continetur per . . abbatem interim persoluantur, quousque reempciones reddituum et recuperaciones bonorum ac soluciones debitorum de quibus predicitur conpleantur. Quibus completis, collecte propine expense et contribuciones huiusmodj persoluantur iuxta modum et formam prout in littera predicta nostra est expressum.

De edificijs vero predicti monasterij ordinamus, quod . . abbas pro sua habitacione et comodo habeat perpetuo infuturum partem anteriorem curie dicti monasterij, videlicet edificia jnclusorij torcularis kaminate anterioris cum suo cellario, ac eciam magnum cellarium respiciens portam, cum suis edificijs superioribus vsque ad portam dictam daz gegeter et a porta anteriori dicti monasterij vsque ad domum lapideam dictam daz heuhus exclusiue, exceptis tamen edificijs stupe balnearis, que a fundo remoueri volumus, et ad infirmariam locari pro fratribus cum necesse fuerit balneandis; quodque murus ab acie seu fine dicte domus lapidee vsque ad aciem nunc coquine conuentus protendatur, jn quo magna porta lapidea fiat, quam . . abbas ex vna parte et . . cellerarius nomine conuentus ibidem ex parte altera oportuno tempore claudere habeant et serare.

Digitized by Google

Preterea . . conuentui deputamus cellarium sub refectorio estiuali situatum, et granarium ipsi refectorio superpositum per totum a fine granarij usque ad finem ipsius. Jtem volumus et iubemus, quod coquina conuentus fiat ex parte altera refectorij hiemalis in loco ubi iam est stupa jnfirmarie cum suis comodis et pertinencijs et comodum fratris Conradi dicti Zobel. Jtem curiam abbacie posteriorem cum suis edificijs et comodis cum cappella sancti Nicolai, excepta superiore caminata abbacie ad presens, ad jnfirmariam deputamus, ut in ipsa cappella sancti Nicolai . . decumbentes infirmi fratres audiant officia diuinorum, ita videlicet quod cottidie ibidem vna missa celebretur, et duo fratres omnes horas canonicas intelligibiliter legant in presencia et audiencia jnfirmorum qui per se huiusmodj horas legere non possunt. Jtem caminatam . . abbatis superiorem iamdictam cum cappella sancti Gregorij sibi contigua . . conuentui deputamus. ut ipsa caminata dormitorio vniatur, et muro intermedio disruto vnum fiat dormitorium eo longius et conmune, vtque fratres in ipsa cappella quociens necessitas exegerit perlegant suas horas. Demum ortum abbacie inter ipsam abbaciam et infirmariam diuidimus seu decernimus diuidendum ita, quod ipse ortus ab angulo seu acie ecclesie per directum ipsius orti versus fontem dictum grab brunnen ad infirmariam spectet, alia vero pars versus turrim ciuitatis usque ad cimiterium dicti monasterij ad abbaciam memoratam pertineat, et murus has particiones orti diuidat, de conmunibus abbacie et . . conuentus expensis faciendus, per quem murum hostium propter processiones debitas et solitas habeatur. hinc et inde ex parte . . abbatis . . prioris et . . conuentus ibidem claudendus et pandendus temporibus oportunis.

Jn quorum premissorum testimonium atque robur sigillum nostrum presentibus est appensum.

Porro nos Ludwicus diuina permissione electus confirmatus in abbatem, totusque . . conuentus monasterij sancti Stephani herbipolensis, predicti, capitulariter et canonice ratificamus et presentibus approbamus, promittimus quoque pro nobis et . . successoribus nostris, contra premissa nunquam facere uel venire. Jn cuius rei testimonium sigilla nostrum amborum sunt presentibus coappensa.

Digitized by Google

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC° quadragesimo quarto, III° nonas aprilis, pontificatus vero nostri anno decimo.

Trina quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex utroque harum litterarum exemplari suspensa sunt.

2.

Jn nomine domini amen.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis ad rei memoriam sempiternam.

Quoniam, ut sacer canon testatur, bone rei dare consultum seu patrocinium et presentis habere vite subsidium et eterne remuneracionis premium cernitur exspectare, et quia sacra religio monachalis super tripertita radice — videlicet constancia obediencie que melior est quam victime, et abdicacione proprietatis, ac custodia castitatis — substancialiter profundata ordinis quidem regularis a sede apostolica approbati . . et precipue ac antiqui[t]us sancti Benedicti abbatis, cuius nempe ordinis sanctitatem et veneracionem documenta sanctorum . . patrum et temporalium habundancia quasi circumquaque demonstrant quibus eiusdem ordinis monasteria longe lateque in orbe terrarum diuina ordinante clemencia propter deuociones et obseruancias regulares ibidem ab antiquo pullulasse cernuntur, statum humane vite presertim contemplatiue in hac dei ecclesia militante amplius salubrius et perfectius regulando gubernat, ymmo ipsius sancti Benedicti regule professores ex voto et obseruatores in facto eciam superna benedictione beantur, vt eciam sanctorum dekalogus plenius attestatur, cum autem (quod dolentes referimus) pleraque dicti ordinis monasteria in nostris ciuitate et dyocesi consistencia, presertim quorum abbaciarum seu prelaturarum et conuentuum bona ad huc fore non separata sed indiuisa noscuntur, lamentabilia non solum in spiritualibus sed eciam in temporalibus detrimenta ac notabiles conuentualium personarum defectus prochdolor

paciantur, nos itaque, prouide attendentes quod conmissi nobis desuper pastoralis officij debitum nos astringit vt ecclesiarum et monasteriorum nobis subiectarum indempnitatibus prouidere et animarum periculis obuiare sedule procuremus, quin ymmo dum ex dicti officij debito remedijs subditorum invigilando dispendia ac scandala remouemus ab ipsis nos in eorum quiete quiescimus et fouemur in pace, jn votis gerimus confidenter vt huiusmodj monasteria reformanda ac eciam specialiter herbipolense solempne et famosum monasterium sancti Stephani prothomartiris ipsius ordinis sancti Benedicti, cuius cura ad presens est vtique nobis cordi, jn salubribus spiritualium profectibus et vberibus temporalium successibus sub nostro regimine diuina fauente clemencia feliciter prosperentur.

Quare in virtute sancte obediencie et sub speramine premiacionis diuine et formidine maledictionis eterne in domino exortando ac precipiendo mandamus, vt dilecti in Christo . . abbas . . prior et . . conuentus ac . . conuentuales qui pro tempore fuerint in monasterio sancti Stephani supradicto monasticam seu regularem vitam secundum sancti Benedicti regulam ac ordinis instituta jn quantum humana fragilitas sinit vtinam satagant obseruare, ne vbi gubernaculum discipline contempnitur restet ut religio naufragetur. Quod autem a . . prelato conmittitur, facile trahitur a subditis in exemplum.

Abbas ergo quilibet pro tempore existens ibidem, cui omnes de . . conuentu ac monasterio suo in omnibus presertim licitis et honestis secundum ipsius ordinis exigenciam reuerenter obedire tenentur, gerat vigilem curam et sollicitudinem diligentem, ut ualeat de officio sibi conmisso deo et . . superioribus ipsius monasterij reddere racionem. Quod si ipse . . abbas fuerit preuaricator ordinis aut contemptor seu negligens uel remissus, pro certo se nouerit non solum ab officio deponendum, sed eciam alias secundum ordinis regulam per loci . . dyocesanum debite castigandum, cum offensa non solum propria sed eciam aliena de suis manibus requiratur. Ad corrigendos igitur subditorum excessus tanto diligencius debet . . prelatus assurgere, quanto dampnabilius eorum offensas deseret incorrectas.

Digitized by Google

Prior autem ibidem pre ceteris post . . abbatem potens sit in opere et sermone, ut exemplo vite verboque doctrine confratres suos et instruere possit in bono et a malo eciam reuocare, zelum religionis habens secundum conscienciam regularem, ut delinquentes corripiat et castiget, obedientes vero foueat et confortet. Ac eciam alias officium suum debite exequatur. Et septa ipsius monasterij non exeat eundo ad ciuitatem, nisi cum socio monacho monasterij memorati.

Tales quoque ad agenda eciam alia officia in ipso monasterio deputentur qui ydonei fideles prouidi et discreti existant.

Abbas itaque . . prior ceterique . . officiati ac . . conuentuales ibidem presentes et futuri in religionis decore velint vtinam virtutum domino militare ut debent, crucifigentes cum vicijs et concupiscencijs carnem suam, necnon trahentes ad diuine maiestatis obsequia alios per exempla, ut ipsi propter regularem obseruanciam ipsius ordinis sancti Benedicti valeant benedici, prout premissa ac sequencia eciam sacri canones attestantur.

Preterea, quia vita contemplatiua ac spiritalia opera in hoc seculo absque vita actiua et congrua temporalium prouisione seu sustentacione debite seu comode adinpleri non possunt, et ne vitam religiosam gerentes cuiusquam necessitatis occasio aut desides faciat aut robur (quod absit) sacre conuersacionis infringat, eapropter ex nostri pastoralis officij debito, consulta quidem nobiscum et cum . . prelatis alijsque fidelibus nostris ecclesiasticis et mundanis juris et facti peritis et expertis deliberacione quampluries prouide prehabita super eo, de salubri consilio ac assensu expresso dilectorum in Christo Ludwici electi et confirmati in abbatem, et Ottonis prioris, tociusque conuentus seu omnium et singulorum de conuentu, monasterij sancti Stephani predicti necessitate vrgente ac euidenti vtilitate swadente, necnon ad iustam seu salubrem ac vtilem — experiencia, que magistra est rerum efficax, edocente — sequelam plurimorum eiusdem ordinis tam exemptorum quam non exemptorum, quorum abbaciarum seu prelaturarum ac conuentuum bona discreta seu separata existunt, jnfrascripta quidem per modum et sub forma canonice seu licite

Digitized by Google

et decentis ac eciam expedientis siue oportune discrecionis seu diuisionis siue separacionis bonorum et jurium eiusdem monasterij inter abbaciam et conuentum ibidem separatim hincinde non sine prouida et perfecta instructione ac collaudacione quamplurium tam .. clericorum quam laicorum fidelium amicorum et fautorum, eiusdem monasterij bonorum eciam noticiam habencium, ex certis eciam causis iustis racionabilibusque motiuis tam circa spiritualia quam temporalia ipsius monasterij cum certis modis et statutis seu disposicionibus subscriptis et ut infrascribitur rite statuimus ac irrefragabiliter presentibus ordinamus.

Jn primis quidem, quod . . abbas ibidem in beneficijs ecclesiasticis seu ad beneficia ecclesiastica juspatronatus necnon officia custodie et cantorie in ipso monasterio ac beneficia seu feuda secularia conferendi vt prius plenariam habeat potestatem, quodque sigillum abbacie in .. abbatis, et sigillum .. conuentus in conuentus ibidem potestate, sub fida custodia ac trina clausura — scilicet .. prioris .. custodis .. et .. tercij fidedigni de conuentu concorditer uel saltem a maiori parte conuentus inibi assumendi, desuper specialiter iuratorum — consistant.

Jtem quod vigintisex ad minus monachi conuentuales ac clericales ibidem, duobus quidem de puerilibus seu scolasticis monachis semper pro vno conuentuali presbitero seu dyacono ad conplecionem huiusmodj numeri inibi conputandis, pro ampliacione diuinorum officiorum in eodem monasterio, propterea a beate et felicis recordacionis domino Heinrico episcopo herbipolensi, predecessore nostro, alijsque christifidelibus successiue per tempora ab antiquo sollempniter fundato ac copiose dotato, perpetuo deinceps haberi, necnon integre debite et consuete in victu et vestitu ac alijs prouisiones eisdem vigintisex conuentualibus personis in eodem quidem monasterio, pretactis scolasticis monachis ut prefertur inclusis, quibus ut hucusque non integre sed quasi medie huiusmodj prouisiones, ministrari debebunt. Attamen si huiusmodj monasterij facultates processu temporis adeo excreuerint domino concedente, quod de eis plures conuentuales ibidem valeant congrue secure et comode

sustentari, tunc huiusmodj conuentualium numerus iuxta loci dyocesani decretum et de . . abbatis . . prioris et . . conuentus ibidem consilio augeri ut juris est debebit, prout id tunc videbitur expedire.

Veruntamen nec . . abbas sine . . priore et . . conuentu, neque . . prior et . . conuentus aut quisquam de conuentu sine . . abbate et . . conuentu seu capitulo uel extra conuentum seu capitulum monachalem seu conuentualem uel aliam extra ordinariam prebendam seu prebendalem prouisionem ibidem vlli persone precanti verbo uel facto directe aut indirecte publice aut occulte promittere uel concedere siue dare conferre aut assignare qualitercumque presumat. Quin ymmo prebende seu prebendales prouisiones ibidem, quociens fuerit earundem defectus, per . . abbatem . . priorem et . . conuentum seu . . capitulum ibidem concorditer uel saltem maiorem et saniorem partem ipsius conuentus seu capituli personis ydoneis capitulariter in capitulo ibidem canonice concedantur, ac sic concesse eisdem personis per abbatem sua et ipsius . . conuentus vice et auctoritate tunc indilate et debite conferantur ac eciam assignentur. Necnon debita et consueta seruicia ab huiusmodj receptis personis suisque . . parentibus seu amicis, promissiones quoque iurate de fidelitate seu promouendo fideliter honorem et vtilitatem necnon inpediendo proposse dampnum eiusdem monasterij ab huiusmodj receptorum parentibus ac consanguineis pocioribus saltem tribus ex parte predicti monasterij irremissibiliter exigantur. Alioquin tunc ipsorum . . abbatis . . prioris et . . conuentus negligenciam in premissis loci dyocesanus ex debito officij sui pastoralis supplebit, saluis nichilominus in hac parte primarijs precibus juribus priuilegijs ac prerogatiuis cuiuslibet . . episcopi herbipolensis necnon . . abbatis ibidem pro tempore existentis.

Rursus ut ipsis . . monachis proficiendi in sciencia via oportuna non desit, in eodem monasterio continue teneatur . . magister, qui eos in primitiuis sciencijs instruat diligenter, cum vna quidem integra inibi prebenda seu prebendali prouisione vtique sustentandus.

Jtem quod in predicto monasterio disciplina monastica olim obseruata circa clausuras ambitus conseruetur, videlicet quod infra

Digitized by Google

dormicionem meridianam a festo pasche vsque in diem exaltacionis sancte crucis necnon per totum annum a tempore prandij vsque ad nonam decantatam et de nocte conpletorio hora debita peracto mox claudatur et clausus maneat ambitus usque mane ad claram lucem solis seu diem. Jtem quod mandatum singulis sabbatis modo et forma quibus prius consueuit fieri peragatur. Jtem quod omnes . . fratres et . . scolares claustrales refectionibus spiritualibus videlicet cum lectionibus in refectorio conmuni comedere teneantur et comedant conmunia fercula, exceptis infirmis decumbentibus seu distemperatis aut minutis seu consolari specialiter debentibus de licencia saltem . . prioris, qui jn infirmaria comedere et refici tenebuntur. Jn qua infirmaria volumus et iubemus fieri stupas ad minus duas, et duo cenacula seu habitacula distincta, ut infirmi et decumbentes pro se et alij distemperati seu minuti uel alias consolari debentes pro se habeant sua comoda separata. Que eciam jnfirmaria debet habere coquinam, et adminus vnum famulum expensis . . discumbencium pro tempore in infirmaria ibidem, aut saltem in defectu discumbencium ibidem de conmunibus bonis conuentus procurandum et appreciandum per . . cellerarium pro tempore existentem ibidem: qui quidem famulus in jnfirmaria existentes respiciat et eis ministrando procuret. Alie vero stupe non sint aut maneant seu fiant in ipso monasterio seu claustro pro conuentu seu aliqua persona uel officio conuentus quam refectorium conmune et vnum comodum cum stupa . . cellerarij officine. Nec aliquis secularium hominum laicorum in dormitorio seu in jnfirmaria uel in claustro comedat uel dormiat, aut ad dormiendum seu ad esum uel potum tempore refectionum presertim ordinariarum aliqualiter admittatur absque licencia speciali saltem ibidem . . prioris id ex causa racionabili indulgentis, exceptis tamen fratrum ibidem ministris.

Custos quoque pro tempore existens portam cymiterii ipsius monasterij claudi seu serari singulis diebus et apperiri temporibus oportunis procuret.

Preterea ut supra ordinando iubemus, quod — cum in inclusorio ibidem non sint nec per longa tempora fuerint hactenus femine religiose seu incluse, sed seculares mundano habitu incedentes, et

Digitized by Google

huiusmodj feminarum habitacio ibidem monachis nimis assidua et contigua seu vicina statum et famam religiosorum non deceat sed magis prochdolor dehonestet — huiusmodj feminarum inclusorium seu pocius hospicium deponendum seu annullandum ante diem beati Michahelis proximum, ac ad usus ipsius monasterij dumtaxat quantocius redigendum fore declarando decernimus in hijs scriptis, prouiso tamen Gute ibidem sorori ad presens pro tempore vite sue de alio extra septa ipsius monasterij hospicio opportuno, si tamen predictum monasterium de iure id facere teneatur.

Preterea ut supra ordinamus, quod in predicto monasterio sit fabrica specialis, per conuentum et specialiter per conuentus celle-rarium administranda modis ut sequitur et regenda.

Jnsuper quoque diuisionem discrecionem seu separacionem bonorum et jurium temporalium predicti monasterij de quibus supra-dicitur facimus in hunc modum. Videlicet quod de bonis que abbacia prius habuit jnantea habeat bona subscripta: videlicet decimam et partes vini que soluuntur et hactenus solute sunt abbacie de vinetis prope et ante valuam sancti Stephani herbipolensis situatis; jtem vinetum et decimam vini in monte dicto kerrinphet versus villam Randersacker; jtem vinetum in Lamprehsliten; jtem decimam vini et bladi in Nutlingen; jtem decimam vini de vineto an dem rumel; jtem decimam vini jn Gundersleuben et in Ahusen; jtem decimam et redditus annone villarum Sultzdorf, Kircheim, Butelbrunnen, Vilchgebunt, Morstat, Altersheim, Rotilse, et jn Jppensheim; jtem redditus pensiones ac census prouenientes de villa dicta Butelbrunnen prope villam dictam Sultzdorf situata; jtem redditus annone et census pecunie jn Boppenlůr, jn Rodehusen, jn Maspach, jn Baldungeshusen, jn Wern, jn Sahelmar, jn Stamheim, jn Banchenbrun, et jn Otrichshusen; et duo molendina jn Wulfrichshusen; jtem jurisdictionem seu judicium temporale quam uel quod prius habuit celleraria dicti monasterij jn ciuitate herbipolensi; jtem omnes census hallensium denariorum pullorum ouorum et caseorum ac alios quos abbacia prius habuit ab antiquo, exceptis tamen censibus pecunie jn villa Hocheim et eius marchia et

Digitized by Google

alijs certis locis infra specificatis, qui ammodo sunt memorati conuentus. Jtem curiam hospitalis prope ipsum monasterium sitam, ac omnia bona et jura abolim ad officium hospitalis ibidem pertinencia cum onere suo abbacie adicimus et vnimus, presertim in reconpensam duarum prebendarum que . . abbati antea de . . conuentu dabantur. Et ut portenarium predicti monasterij . . abbas teneat, suis appreciandum expensis, quem eciam . . abbas pro tempore existens instituere et destituere habeat, sibi de fideli exterioris porte ipsius monasterij custodia juraturum. Preterea . . conuentui dicti monasterij et bonis ipsius que prius habuit — excepto tamen judicio seculari in ciuitate herbipolensi, de quo et ut predicitur abbacie adiecto et vnito — addimus et adicimus de bonis abbacie bona et jura infrascripta: videlicet decimam vini et bladi, vineta, census, aduocaciam seu jus aduocacie, et omnia bona et jura que prius abbacia habuit in villa Hocheim sancti Viti et eius marchia, cum pertinencijs eiusdem, et torculare ibidem, excepto jure patronatus seu presentandi ad ecclesiam eiusdem ville et ad cappellam sancti Martini ibidem; jtem decimam prouenientem de vinetis et de monte dicto Hôfelt jn marchia ville Tungersheim; jtem decimam vini et bladi necnon allodium jn Retzstat, cum torculari ibidem et suis pertinencijs; jtem census hallensium et pullorum jn Retzbach, jn Wolfzklingen, jn Rotenberg, jn Rosseberg, et jn Gademen, qui prius ad abbaciam spectabant; jtem redditus annone jn villis Bercheim, Bleichuelt, et Eychsuelt; jtem decimam et allodium necnon census pecunie jn Kololtzheim et marchijs earundem cum omni jure et onere quo ad abbaciam antea pertinebant; jtem decimam et allodium jn Wlferichshusen, et decimam de loco dicto vf den heugern; jtem decimam et redditus annone jn Sal et jn Echenhusen. Preterea molendinum dictum Ellinmul, prope Herbipolim situm, ipsi . . abbas et . . conuentus conmuniter habeant ad eos vsus ac iure quibus ipsum hactenus habuerunt, donec de ipso et eius fructibus ac vsibus duxerint aliud ordinandum. Jnsuper . . prioratui dicti monasterij et eius bonis — videlicet censui vndecim solidorum denariorum herbipolensium uel circa, quem habet jn Randersacker et vinetis apud lepro-

Digitized by Google

sorium in Sande prope Herbipolim, necnon vineto sito prope septa ipsius monasterij iuxta domum dictam Schauenstein, que prius habuit — adicimus et vnimus vinetum iamdicto vineto contiguum, quod protenditur per curiam et ortum hactenus abbacie predicte, in reconpensam dimidie prebende quam idem . . conuentus in cibarijs ipsi . . priori antea ministrabat: et ab huiusmodj ministracione ipsum . . conuentum liberum facimus et solutum. Jtem ipse . . prior redditus vnius libre hallensium, quam conuentus seu cellerarius sibi de conuentus bonis in die sancti Martini episcopi ministrabit, annis singulis obtinebit, salua eciam ipsi . . priori manente consolacione seu propina quam . . abbates . . prioribus ibidem pro ipsis legentibus et eorum vices gerentibus in choro ibidem hactenus facere consueuerunt.

Preterea ordinando volumus et iubemus, vt . . cantori predicti monasterij de bonis conmunibus ipsius conuentus per cellerarium ibidem singulis annis tres libre hallensium — videlicet triginta solidi jn festo beati Martini episcopi, et triginta solidi jn die sancte Walpurgis virginis — persoluantur, saluis . . cantori manentibus censibus videlicet sedecim solidorum denariorum herbipolensium uel circa, quos cantoria eiusdem monasterij hactenus habuit ab antiquo.

Jnsuper quoque fabrice monasterij prefati deputamus et incorporamus offertoria in parrochia ecclesie sancti Viti jn Hocheim seu de ipsa in die sancti Viti et die proxime precedenti et jn Gundersleuben quandocumque proueniencia, et census pecunie jn Kololtzheim, jta quod illa in nullos alios usus quam fabrice seu edificiorum aut ornatum ipsius monasterij conuertantur.

Preterea officio jnfirmarie predicte adicimus et vnimus pro consolacione infirmorum inibi pro tempore decumbencium allodium jn Retzstat supradictum, cum omni iure et pertinencijs suis quibus prius ad abbaciam antiquitus pertinebat, volentes et statuentes quod magister jnfirmorum pro labore suo seu consolacione speciali habeat et percipiat de bonis ipsius infirmarie annuatim quatuor libras hallensium dumtaxat, reliquum vero bonorum fructuum et obuencionum ipsius officij in vsus infirmorum fratrum decumbencium seu ipsius officij conuertere teneatur, super hijs quidem ipsi conuentui

Digitized by Google

adminus quater in anno — videlicet in festis quatuor temporum — et si uel quociens infirmos decumbere in ipsa infirmaria contigerit singulis mensibus racionem facturus, jta sane quod fratres decumbentes et infirmi dumtaxat de bonis ipsius jnfirmarie et de ipsorum infirmorum prebendis, seu ipsis deficientibus aut non sufficientibus per ipsum . . cellerarium de bonis conuentus conmunibus procurentur, alij vero fratres minuti uel alias consolari debentes saltem de licencia . . prioris ut predicitur in ipsa infirmaria de suis prebendis aut si voluerint aliunde vescantur, nisi successu temporis bona ipsius infirmarie adeo augmentarentur quod de eisdem fieri possent consolaciones ipsis fratribus in ipsa infirmaria ultra eorundem prebendas. Quem quidem magistrum jnfirmorum ipse conuentus uel maior eius pars habeat eligere; perpetuoque eiusdem magistri electio seu institucio et destitucio sic pertineant ad conuentum ibidem. Nullus eciam frater intra septa ipsius monasterij extra refectorium conmune vescatur nisi in infirmaria ex causa racionabili et de licencia saltem prioris speciali.

Jnsuper statuimus et sancimus, quod tam . . abbas quam . . conuentus predicti singulis diebus elemosinas de mensis suis pauperibus mendicantibus ante portam anteriorem ipsius monasterij more solito atque pio faciant erogari.

Preterea ordinamus et iubemus, quod lectisternia et vestimenta dictorum fratrum moriencium ipsi infirmarie applicentur, pro bonis ipsius augmentandis, ac eciam fratribus inibi decumbentibus pauperibus vestiendis lectilocandis seu alias procurandis.

Jtem ordinamus statuendo, quod omnia et singula bona dicti conuentus ad prebendam conmunem spectancia — videlicet que ad officia cellerarie cene et oblagij hactenus pertinebant — necnon bona suprascripta que de abbacia dimembrauimus seu diuisimus et conuentui adiecimus seu vniuimus, exceptis tamen bonis que prioratui et jnfirmarie deputauimus, ut prefertur, et fructus inde prouenientes percipiat cellerarius monasterij huiusmodj, et administret de consilio et scitu duorum fratrum fidedignorum, ad hoc singulis annis a conuentu seu maiori parte deputandorum: qui quidem cellerarius vt sic conuentui panem vinum cibaria ligna cappas pellicia calcios minuales

et alias prestaciones seu consolaciones ab antiquo debitas et consuetas ministret, rectoremque scolarum procuret, et alia onera conuentui incumbencia expediat et supportet, vt de hijs exigendis aut ministrandis nullus respectus ad . . abbatem ammodo habeatur.

Ordinamus eciam, quod collectas episcopales consuetas abolim . . conuentus soluat, ac edificia et tecta ecclesie chori turrium seu campanilium, et alia edificia ad ipsum conuentum pertinencia, quociens opus fuerit, refici seu emendari idem conuentus procuret. Si vero ecclesiam chorum turres campanas seu alia edificia ipsius ecclesie uel chori per incendia uel ruinas destrui enormiter contigerit, illa per . . abbatem et . . conuentum expensis conmunibus reformentur; quam enormitatem . . episcopus pro tempore existens herbipolensis habebit per se uel alium seu alios suos conmissarios arbitrari; saluo tamen eo quod custos pro tempore existens circa campanas et funes earum et similia expediat que ad eius officium hactenus pertinere noscuntur.

Si vero inconsuetas seu solitis maiores collectas sedi apostolice, aut . . archiepiscopo moguntino seu suis legatis, uel . . episcopo herbipolensi, aut subsidia propinas expensas seu pro defensione aut conseruacione priuilegiorum libertatum seu jurium monasterij seu . . cleri herbipolensis contribucionem dari contigerit, hec per . . abbatem et conuentum expensis conmunibus solui et expediri debebunt.

Volumus eciam et iubemus, quod bona redditus census res seu obuenciones quascumque prefato monasterio dati seu dandi seu deputandj vndecumque pro anniuersarijs seu reconmendacione defunctorum uel pro festis sanctorum peragendis per cellerarium et seorsum seu diuisim specialiter conseruentur, quodque huiusmodj anniuersaria seu festa debite peragantur, ac fratres presentes et ipsis anniuersarijs seu festis et eorum officijs interessentes necnon fratres decumbentes ac eciam cellerarius pro tempore existens in negocio monasterij eciam absens de bonis huiusmodj specialiter consolentur. Abbati quoque, si presens hijs interfuerit, due partes personales tribuantur, sicut hactenus est obseruatum ibidem.

Preterea si aliquid a quocumque ipsi monasterio indefinite —

Digitized by Google

seu . . abbati et . . conuentui simul — donatum legatum seu relictum fuerit, hoc pro medietate abbacie et pro alia medietate conuentui cedere teneatur. Quicquid vero abbati seu abbacie uel conuentui specialiter et diuisim donatum fuerit seu legatum, sic eis cedat diuisim prout cuilibet donatum legatum fuerit seu relictum.

Jnsuper circa electionem duracionem et administracionem . . cellerarij statuendo prouide ordinamus, quod ille sit cellerarius prefati monasterij conuentus qui eligitur seu constituitur ab ipso conuentu seu eius maiori parte. Si vero duos uel plures . . cellerarios ab equalibus uel inequalibus partibus, ita quod neuter electorum seu nominatorum maiorem partem tocius conuentus habuerit, eligi uel nominari contigerit, uel eciam si aliqui fratres in nullum vellent concordare eligendum constituendum seu nominandum infra quatuor dies, videlicet quartam quintam et sextam ferias ac sabbatum, infra octauas penthecostes, quos quatuor dies ipsi conuentui in conmuni pro termino peremptorio cum moderacione tamen subscripta statuimus in hijs scriptis, extunc tres fratres capitulares a conuentu uel maioro eius parte deputentur, qui — omni eorum contradictione cessante — mox post eorum deputacionem intrabunt infirmariam, modis tamen subscriptis inde recessuri nequaquam donec in vnum ex huiusmodj electis seu nominatis aut in alium ydoneum concorditer seu saltem duo ex eis concordauerint in constituendum cellerarium et habendum. Qui tres uel saltem duo ex eis si infra duos dies a tempore ingressus infirmarie nequiuerint ut predicitur, seu noluerint concordare, extunc absque omni dolo et fraude in solo pane et aqua ieiunent; et nichilominus, si in huiusmodj discordia per duos dies preseuerauerint, penas grauioris culpe mox sustineant quousque in electione seu constitucione cellerarij concordes fuerint, ut prefertur, nisi in iamdictis penis et earum qualibet notoria infirmitas seu debilitas, medicorum discernenda iudicio, ipsos aut ipsorum aliquem excusaret. Si autem per dictum conuentum seu maiorem partem ipsius conuentus infra duos dies inmediate sequentes predictos quatuor dies non deputauerint tres fratres pro concordacione, ut prefertur, extunc . . episcopus herbipolensis pro tempore existens, seu vices capituli herbipolensis sede vacante in spiritualibus gerens

vnum cellerarium pro illa vice tantum ex conuentu ibidem pro sua consciencia deputare ad annum dumtaxat poterit et debebit. Attamen . . cellerarius huiusmodj, siue episcopali siue conuentuali auctoritate assumptus, propter sui industriam et legalitatem poterit annis pluribus eciam inmediate ad huiusmodj officium denuo assumi seu recipi, ut prefertur. Quilibet autem . . cellerarius electus seu constitutus pro tempore de fideli aministracione sua conuentui iurabit, et per vnum annum dumtaxat in huiusmodj officio perdurabit. Necnon adminus duabus vicibus in anno — scilicet in crastino beate Katherine et jn crastino sancti Viti — racionem aministracionis sue conuentui facere teneatur. Jpse quoque . . cellerarius habeat duos equos et duos seruitores expeditos et fidedignos et . . conuentui eciam iuratos, in officio suo sibi cooperari debentes.

Demum statuendo ordinamus, quod . . abbas pro tempore existens ibidem decetero nulla debita vltra quinquaginta libras hallensium absque . . conuentus uel saltem maioris partis ipsius conuentus scitu consilio et consensu expresso, necnon . . conuentus vltra summam centum librarum hallensium absque scitu consilio et consensu ipsius . . abbatis, . . cellerarius vero absque scitu et consensu . . conuentus seu maioris eius partis vltra viginti libras hallensium nulla debita vllatenus contrahant simul uel diuisim, qualibet absque fraude. Si vero secus seu contrarium vllo tempore actum fuerit a quoquam iamdictorum, si . . abbas uel . . cellerarius fuerit, deponatur; si vero . . conuentus, singuli conuentuales in hoc delinquentes per quartam partem anni percipiant medias prebendas: relique vero medietates, in quibuscumque rebus consistant, in communem vsum conuentus — videlicet in solucionem debitorum huiusmodj — conuertantur. Et post lapsam partem anni huiusmodj mox in culpa sint per quatuordecim dies integros grauiori. Quas penas seu alteram earum nolumus per quempiam relaxari minui mitigari seu aliqualiter commutari debere, alias eciam nichilominus ad ipsius . . abbatis, aut loci . . episcopi si . . abbas non sit aut negligens fuerit, eisdem delinquentibus grauius corrigendis.

Jn quorum premissorum omnium et singulorum testimonium

Digitized by Google

perpetuum atque robur has litteras desuper ad nostrum mandatum confectas nostri sigilli appensione fecimus conmuniri.

Postremo nos Ludwicus diuina permissione electus confirmatus in abbatem, Otto prior, totusque conuentus ac omnes et singuli de conuentu monasterij sancti Stephani herbipolensis supradicti tenore presencium perceptoribus presentibus et futuris veraciter et publice recognoscimus ac patefacimus sub hijs scriptis, quod huiusmodj salubres ordinaciones et statuta aliaque premissa de consensu et collaudacione eciam conuentuali et capitulari nostrum omnium et singulorum canonice et debite processerunt, a nobis quidem et successoribus nostris absque fraude seu vara proposse fragilitatis humane, adiuuante domino, vtique obseruanda; quodque nos vniuersaliter singulos ac singulariter vniuersos successoresque nostros per fidem datam vice et nomine juramenti ad inconwlsam obseruanciam premissorum, et maxime discrecionis seu separacionis bonorum vt prefertur effecte, et ne venire seu facere in contrarium conmuniter uel diuisim quomodolibet debeamus; ad deprecandum quoque obsecrandumque ad deum deuocius quasi cottidie pro salubri in hoc seculo et futuro statu et profectu; et ad peragendum anniuersarium reuerendi in Christo patris domini Ottonis episcopi herbipolensis prefati, nostri domini graciosi, reuera nostri monasterij zelatoris ac quasi secundarij fundatoris, necnon faciendum et ministrandum pitanciam et consolacionem seu prouisionem specialem ad summam duarum librarum hallensium annue de bonis nostri conuentus quolibet ipsius anniuersarij die post eius obitum et pro eius anime salute nos rite ac racionabiliter obligauimus, ac per hec scripta noninmerito firmiter obligamus, ac sic debite obnoxios publice nunciamus, nostrum quidem . . abbatis et . . conuentus sigillis presentibus eciam coappensis in testimonium perhenne omnium premissorum.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, IIII jdus aprilis, pontificatus nostri anno decimo.

Tria quorum mentio facta est sigilla filis sericis coloris rubri et viridis ex hoc documento suspensa integra sunt.

Digitized by Google

3.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis ad subscriptorum memoriam sempiternam.

Quoniam, ut sacer canon testatur, bone rei dare consultum seu patrocinium et presentis habere vite subsidium et eterne remuneracionis premium cernitur expectare, nos itaque — ex debito nostri officij pastoralis perfectiuis vtilitatibus monasterij sancti Stephani prothomartiris herbipolensis ordinis sancti Benedicti vtinam profuturis diuina annuente clemencia prospicere desiderabiliter affectantes — de consilio assensu et collaudacione dilectorum in Christo Ludwici electi confirmati in abbatem, Ottonis prioris, tociusque conuentus dicti monasterij, matura quidem et consulta deliberacione prehabita super eo, prouide et canonice ordinando statuimus et sancimus, quod si quisquam . . officiatorum uel . . conuentualium ibidem presencium seu futurorum ex deuocionis affectu ob honorem dei sanctorumque eius et pro salute anime sue certum missarie beneficium uel officium seu anniuersarium aut remedium salutare fundari seu dotari et institui ac confirmari intra et non extra ipsum monasterium seu ipsius monasterij potestatem ac pro vtilitate eiusdem monasterij de bonis ab eo per parsimoniam uel industriam seu operam suam ac subsidium amicorum suorum non sine indulto . . superioris sui conquisitis seu contractis a suis . . superioribus — siue . . abbate et . . conuentu — in vita uel in morte sua supplicando humiliter postularit, huiusmodj supplicacio ad eius effectum quantocius procedere seu mancipari per huiusmodj superiores, siue . . abbatem et . . conuentum, prout jus permiserit poterit vtique et debebit. jn eisdem quidem bonis separacione bonorum ipsius monasterij inter abbaciam et . . conuentum ibidem per nos iampridem rite facta cessante cessareque debente.

Jn cuius rei testimonium perpetuum atque robur has litteras desuper conscriptas mandauimus nostri sigilli appensione muniri.

Porro nos Ludwicus diuina permissione electus et confirmatus

Digitized by Google

in abbatem, Otto prior, totusque . . conuentus monasterij prelibati recognoscimus publice sub hijs scriptis, nostrum sigillorum coappensionibus roboratis, quod huiusmodj ordinacio statutum seu sanctio prouida et salubris de conuentuali ac capitulari nostrum omnium consilio consensu et collaudacione canonice ut prefertur processit, quodque nos eas inperpetuum obseruare nec contrauenire debemus necnon pro nobis et successoribus nostris rite promisimus presentibusque spondemus.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo CCC° quadragesimo quarto, IIII jdus aprilis, pontificatus vero nostri anno decimo.

Trina quorum mentio facta est sigilla filis sericis coloris rubri et viridis ex utroque harum litterarum exemplari suspensa sunt.

XVIII.

1344, die 13. aprilis.

Ecclesia herbipolensis necnon monasteria ordinis s. Benedicti et conventus civitatis wirziburgensis de recuperandis et defendendis suis libertatibus juribus privilegiis et consuetudinibus praesertim contra cives wirziburgenses statuunt.

Jn nomine domini amen.

Cum secundum viam juris et racionis membra non liceat a capite discrepare, turpisque pars esse dicatur que suo non congruit vniuerso, nos igitur Eberhardus decanus totumque . . capitulum maioris, Sifridus sancti Burchardi, Ludwicus sancti Stephani, Philippus sancti Jacobi monasteriorum ordinis sancti Benedicti abbates et conuentus eorundem, Heinricus sancti Johannis in Hauge, Heinricus Nouimonasterij ecclesiarum herbipolensim decani et . . capitula earundem, deliberacione matura prehabita ac tractatibus quampluribus premissis, considerantes et attendentes ordinacionem infrascriptam non solum esse vtilem et

proficuam nobis ecclesijs ac monasterijs nostris, verum eciam pro reformacione status et recuperacione jurium libertatum et priuilegiorum ac consuetudinum episcopatus herbipolensis in capite et in membris ac ecclesiarum et monasteriorum predictorum ac tocius cleri ciuitatis et dyocesis herbipolensis summe necessariam honorabilem et decentem, accedente ad premissa ac interueniente decreto auctorizacione consensu ac beneplacito reuerendi in Christo patris ac domini domini Ottonis episcopi herbipolensis, statuimus et ordinauimus ac statuendo presentibus ordinamus, quod nos omnes vniuersaliter singuli et singulariter vniuersi conmuniter et diuisim pro nobis ecclesijs et beneficijs nostris nostrumque successoribus in eisdem dicto domino nostro domino Ottoni episcopo herbipolensi pro libertatibus juribus priuilegijs et consuetudinibus suis ac cleri sui et dictarum ecclesiarum et monasteriorum recuperandis et inuiolabiliter conseruandis defendendis et tuendis contra quoslibet iniuriatores ac violatores molestatores et perturbatores dictorum jurium priuilegiorum consuetudinum et libertatum, et specialiter contra ciues herbipolenses — si qui sint uel essent qui et in quantum jura priuilegia consuetudines ac libertates ecclesiarum monasteriorum et personarum earundem suis constitucionibus statutis et edictis, si tamen sic dici merentur, ymmo verius pactionibus convencionibus condictionibus inductionibus conpromissionibus juri et bonis moribus contrariantibus per ligas conbinationes colligaciones illicitas, iuramentis litteris et sigillis eorum inualidis nec seruandis vallatas, mulctacionesque penales et relegaciones locales ipsorum pluribus iam inflictas et (ut indebite pretendunt) suis conciuibus eas non seruantibus infligendas, seu alijs modis quampluribus presumendo temere violarunt, et in eisdem violacionibus manere perseuerare et perdurare effectiue proponunt, seu perturbantes et rebellantes contra jus et indebite — dicto domino nostro ecclesijs monasterijs personis et bonis eorundem adhesimus adheremus et adherebimus ac fideliter assistemus, necnon adherere et assistere eidem promittimus in hijs scriptis.

Si qui vero . . clerici ecclesiarum predictarum, presentes aut eciam absentes, si et quando ex parte . . decani et . . capituli sui

Digitized by Google

seu maioris partis uel eciam eorum qui potestatem habent vel habebunt . . capituli seu capitulorum predictorum dicto domino nostro . . episcopo et huic nostre ordinacioni in premissis non curauerint effectualiter adherere, aut aduersarijs ipsius domini . . episcopi iniuriatoribus et rebellibus in premissis prestiterint per se alium uel alios publice vel occulte consilium auxilium uel fauorem, et de hoc conuicti fuerint, secundum consuetudines ecclesiarum suspensi sint a percepcione fructuum sui beneficij ipso facto. Et nichilominus, si perseuerauerint in sua malicia perdurantes, suis beneficijs que in ciuitate uel dyocesi herbipolensi habere dinoscuntur priuari poterunt et debebunt.

Si vero, quod absit, aliquem . . clericorum seu personarum predictarum nunc dicto domino nostro et huic ordinacioni adherencium ab eius adherencia recedere temere contingerit, seu aduersarijs ipsius et nostris astare vel prestare auxilium consilium uel fauorem contra premissa, hijs similiter preter reatum periurij, quod incurrunt ipso facto et incurrerunt, a percepcione fructuum beneficiorum suorum que in dictis ciuitate et dyocesi herbipolensi habere dinoscuntur sint ipso facto suspensi, priuandi nichilominus inposterum eisdem beneficijs, cum de hijs excessibus constiterit modo prenotato, nullam spem de recuperacione dictorum beneficiorum inposterum habituri.

Statuimus eciam volumus et ordinamus, quod . . clerici deinceps in canonicos dictarum ecclesiarum recipiendi et alij beneficiandi in ecclesijs prenotatis tempore sue recepcionis de obseruandis omnibus et singulis contentis in hac ordinacione corporale juramentum prestare vtique teneantur.

Jtem prouida deliberacione prehabita et consensu vnanimi ut supra statuimus et inuiolabiliter obseruandum perpetuis temporibus ordinamus, quod nullus clericorum ecclesiarum predictarum, presens uel futurus, aut . . officialis curie uel . . archidiaconorum herbipolensium deinceps ciuis fiat uel maneat, aut jus ciuile ciuium seu ciuitatis recipiat teneat uel habeat herbipolense, aut pro tali se recipi aut assumi permittat. Clerici vero nunc ciues existentes seu jus ciuium uel ciuitatis herbipolense habentes infra mensem a tempore date et notificacionis presencium jus ciuium ciuitatis her-

Digitized by Google

bipolensis seu ciuile quo ad se resignare teneantur absque vara. Si quis vero contrarium fecerit, a percepcione fructuum sui beneficij sit ipso facto suspensus. Quam suspensionis penam si per mensem sustinuerit animo indurato, extunc ordinarius loci pro tempore existens ipsum priuare beneficijs suis que in ciuitate et dyocesi herbipolensi habere dinoscitur poterit et debebit, nullam spem regressus ad ea perpetue habiturum.

Jtem volumus statuimus et ordinamus, quod .. clerici dictarum ecclesiarum pro defensione jurium consuetudinum priuilegiorum et libertatum arma assumentes seu portantes, posito quod vna cum alijs, pro defensionibus predictis prelijs bellis seu conflictibus vbi eciam homines capi wlnerari mutulari seu occidi contigerit, quod nullus nostrum id ipsum dictis clericis uel alicui eorum obicere debeat in judicio uel extra, uel eisdem id obicere, uel ex causis predictis eos aut jura ipsorum aliqualiter inpugnare.

Nos vero .. abbates .. decani .. capitula et .. conuentus ecclesiarum et monasteriorum predictorum, et singule persone eorundem, pro nobis et nostris successoribus supratactis sub religione juramenti a nobis et quolibet nostrum corporaliter prestiti promisimus et promittimus in hijs scriptis, omnia et singula premissa fideliter attendere et effectualiter adinplere.

Nos eciam Otto dei gracia episcopus herbipolensis, videntes et cognoscentes sinceritatem fidei et constanciam .. prelatorum et .. clericorum ecclesiarum et monasteriorum predictorum super juribus consuetudinibus rebus priuilegijs ac libertatibus ecclesie nostre in capite et in membris ac ecclesiarum predictarum et tocius .. cleri ciuitatis et dyocesis herbipolensis recuperandis et defendendis ab omnibus iniuriatoribus et uiolatoribus ipsorum, et specialiter a nostris ciuibus herbipolensibus, hijs presertim a quibus maxime per violenciam sunt ausu temerario subtracta et quasi cottidie subtrahuntur, prestito corporaliter iuramento dictis .. prelatis .. clericis ecclesijs monasterijs et personis eorundem promisimus et promittimus in hijs scriptis, vt si ecclesijs monasterijs vel personis eorundem presentibus et futuris aliqua iniuria dampnum seu inpedimentum data uel illata fuerint ex causis prenotatis, quod extunc nullam ordina-

Digitized by Google

cionem conposicionem uel expedicionem cum jniuriatoribus molestatoribus et ciuibus herbipolensibus predictis faciemus uel recipiemus, nisi prius de dampnis et ablatis ac iniurijs eisdem illatis lesis et dampnum passis conquerentibus et querulantibus heredibus uel successoribus ipsorum plene fuerit satisfactum integraliter et conplete ad estimacionem dampnum et iniuriam passi, uel saltem ad taxacionem et estimacionem honorabilium virorum dominorum . . prepositi . . decani et duorum . . seniorum tunc presencium et interesse valencium maioris, . . sancti Burchardi, . . sancti Stephani abbatum monasteriorum predictorum, ac duorum . . canonicorum ecclesie maioris per nos deputandorum ad negocium supradictum temporibus oportunis, . . decani . . scolastici sancti Johannis in Hauge, . . scolastici et . . custodis Nouimonasterij ecclesiarum herbipolensium predictarum pro tempore existencium, uel maioris partis eorundem. Dicti eciam dominj, electi et deputati ut prefertur, sub juramentis ab eis corporaliter prestandis requisiti per dampnum seu iniuriam passos seu ex parte eorundem, taxacioni predicte interesse debebunt, et eam promouere facere et ordinare a die requisicionis infra mensem prout secundum deum et iusticiam eis videbitur expedire, qualibet sine vara.

Adicimus eciam, quod si dictorum dominorum aliquis decedere, quod absit, uel abesse in remotis partibus, aut grauiter infirmari, statumve suum mutare contigerit, quelibet . . ecclesia capitulum et conuentus loco deputatorum per eos alium uel alios in locum decedentis seu in infirmitate aut alijs causis quibuscumque necessarijs prepediti seu prepeditorum alium uel alios eque bonos requisiti subrogabunt infra mensem proxime a requisicionis tempore subsequentem.

Jnsuper dictis ecclesijs et monasterijs et personis earundem promisimus et promittimus bona fide, quod — si ipsos uel ipsa aut quascumque personas eorundem singulares seu ipsorum consanguineos seruitores et amicos siue ipsis dantes in genere uel in specie consilium auxilium uel fauorem aliquas persecuciones molestaciones uel infestaciones dampna uel iniurias pati contingerit in personis seu rebus dignitatibus personatibus officijs aut alijs beneficijs quibus-

cumque, eciam a quocumque uel quibuscumque conmunitatibus seu personis adhesionis prenotate — ipsos et quemlibet eorum absque dampnis et expensis eorum quibuslibet iuuabimus et defendemus per nos . . officiatos amicos nostros et seruitores toto posse. Castra nostra et municiones quaslibet, quas in potestate nostra habemus habebimus seu habere poterimus, dictis personis et eorum cuilibet qui requisierint apperiemus, bona et personas ipsorum ibidem recipiendo: ac ipsos inibi fouebimus defensando prout et quando indiguerint vna cum rebus ipsorum et eorundem familia cum effectu.

Officiati quoque nostri omnes et singuli, presentes et futuri, sub iuramentis ipsorum ab eis nobis corporaliter prestitis id ipsum promittent, ecclesias monasteria personas et bona eorundem fideliter contra quoslibet iniuriatores molestatores eorundem et rebellantes nobis ecclesijs monasterijs et personis prenotatis defensare in persona et rebus, ac receptare vna cum personis et familia eorum ad castra et municiones quibus presunt nomine nostro, prout de nobis superius est expressum, qualibet sine fraude.

Preterea statuimus diffinimus et ordinamus, quod diffinitores ordinatores seu conpromissarij infrascripti ad hoc per reuerendum dominum nostrum dominum Ottonem episcopum herbipolensem ac nos deputati qui presentes fuerint, uel saltem maior pars eorundem, videlicet domini Wolframus Pincerna thesaurarius et Albertus de Hesseburg archidiaconus herbipolensis per dominum . . episcopum herbipolensem et ex parte ipsius ac . . sancti Burchardi et . . sancti Stephani monasteriorum abbates, Rudolfus de Wertheim, Gotfridus de Nidecke, Eberhardus de Hirtzhorn, et Theodricus de Maspach maioris, magister Bertoldus scolasticus, magister Conradus de Hallis jn Hauge, magister Heinricus scolasticus, Wernherus de Amerbach Nouimonasterij ecclesiarum herbipolensium canonici, per predictas ecclesias monasteria capitula et conuentus deputati, si qua dubia super premissis aut circa premissa seu aliquod premissorum oriri contingat, plenariam habeant potestatem huiusmodj dubia et super eis ac ea declarandi interpretandi et addendi singulis predictis si quid eis vtilitate pensata visum fuerit esse necessario

Digitized by Google

appensum. quibus [illegible] et declarationibus stare [illegible] premissis primitivus mandamus. Si vero [illegible] dictarum personarum seu [illegible] decedere, statum [illegible] mutare, seu a partibus recedere, seu [illegible] [illegible] eligere [illegible] episcopus herbipolensis [illegible] [illegible] et [illegible] capitula et conventus [illegible] per eos. Si [illegible] fuerint [illegible] [illegible] pro suis negotiis alium seu alios [illegible]

Nos vero Otto dei gracia episcopus herbipolensis recognoscimus et presentibus publice profitemur, omnia et singula predicta prout prescripta sunt et superius notata esse vera, et in ipsorum omnium testimonium auctoritatem atque robur sigillum nostrum ex certa nostra sciencia atque iussu fore appensum.

Vt . . abbates . . decani . . capitula et . . conventus recognoscunt, omnia et singula predicta prout prescripta sunt esse vera, et nos sigilla nostra in testimonium eorundem presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini M° CCC° quadragesimo q[u]a[r]to, feria tercia post dominicam qua Quasimodogeniti decantatur.

Sigilla quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento quondam suspensa jam omnia decidерunt.

XIX.

1344, die 15. aprilis.

Bündniss des Bischofes Otto mit dem Grafen Heinrich von Hennenberg und den Burggrafen Johann und Albrecht zu Nürnberg gegen Konrad von Schlüsselberg, die Städte Nürnberg Rothenburg Windsheim und Wirzburg, wie deren Verbündete.

Wir Otte von gotes gnaden byschof ze Wirtzburk, gref Heinrich der jünger von Hennenberg, Johans vnd Albreht gebrûder burggrauen

ze Nůrenberg bekennen vnd tun kunt offenlichen an disem brief allen den die in sehen lesen oder hören lesen, daz wir vns durch nutz vnd schirme vnsrer lůt lant vnd gůt haben zu ein ander verbunden mit gelůbde vnd zu den heilgen gesworen, vnser ieglicher dem andern mit triwen zebeholfen sin wider den edeln Conraden von Slůzzelberg, vnd wider die stete Nůrenberg Wirtzburk Rotenburk vnd Windesheim, vnd wider alle die die sich mit in in disen kryeg ziehen, vmb die verbůntnusse die sie getan haben zu ein ander wider vnser wirde frieheit ere geriht vnd reht vnsrer lůt vnd lande in aller der wise als hernach geschriben stet.

Zu dem ersten, were ob vnser deheiner besezzen würde oder in vber riten wolte von dem vorgnanten von Sluzzelberg vnd steten vnd iren helfern, so suln wir die andern jm zehelf kumen geriten vnd zefůz mit aller vnsrer maht so wir best vnd schierst můgen one geuerde vf vnser selbs kost vnd schaden.

Wer auch daz vnsern deheinen ein teyglich krieg antref von der sach wegen als vorgeschriben stet, so sůln wir byschof Otte vnd gref Heinrich, die vorgnanten, vnser ieglicher helfen dem den der krieg antrift mit fůnftzik mannen mit helmen. Vnd wir die vorgnanten burggrauen beide suln dem selben den der krieg antrift auch helfen mit funftzig mannen mit helmen vf vnser ieglichs schaden. Vnd der den der krieg antrift sol jne die wil sie in sinen vesten vnd lande sin wine vnd brot geben, vnd futer ob man daz gehaben můge, one geuerde, als zitlich vnd gwönlich ist. Vnd wes der krieg ist vnd kost gît, dem sol daz geding allein werden.

Ez ist auch geredt, were daz wir ein vesten mit ein ander gwůnnen, die sůln wir brechen: ez were danne daz es vnser aller wille were daz wir sie gemeinclich wolten behalten.

Gelůng aber vns an Wirtzburk, so suln wir byschof Otte der vorgnant do mit tun vnd lazen waz wir wollen.

Were aber daz wir teydinget mit der stat ze Wirtzburk vm pfenninge, so suln wir byschof Otte gen den andern herren tun daz bescheidenlich ist.

Wer auch ob vnser deheiner ein stat oder vesten verlůr von verretnůsse gwalt oder von welhen sachen daz were, jn welher wis wir die dan wider gwunnen, die solt blyben dem herren des sie gwest were: aber den frumen an geuangen oder an andrer habe den man da gwůnne sol man teyln nach mannezal der gwapenten lůt die do by sin: vnd sol man je zwen bantzyerer rechen für einen gwapenten man.

Wa auch vnser volk bie ein ander ist vnd frumen nimt an geuangen oder wie der frum anders gnant sie one geding allein, den sol man auch teyln nach manzal gewapenter lůt, als vorgeschriben stet, one geuerde.

Were auch daz die vorgnant stat Wirtzburk, die wir byschof Otte der vorgnant mit namen vzgnomen haben, oder der andern vorgnanten stete

Digitized by Google

dehein sich wolten ziehen vz der verbuntnůsse die sie getan haben, vnd ob auch Wirtzburk vnd die andern stete vns byschof Otten vnd vnsern stift vnd die andern herren die ez antrift wolten lazen beliben furbaz bie eren frieheit gerihten rehten vnd gwonheiten als daz von alter biz her kumen ist, vnd vns daz auch versichern daz sie daz nimmer mer getun wolten, so suln wir sie zegnaden nemen vnd versprechen als wir zereht sůllen.

Ez ist auch geredt: were daz vnser deheins dyener oder burgere in den vorgnanten steten pfalburgere worden weren oder noch wůrden, vf die suln wir ein ander beholfen sin one geuerde als vorgeschriben stet.

Wir sůln vnd wollen auch alle dis vorgeschriben stůck vnd artikel getriwelich vnd vnuerbrochlichen halten als lange biz daz die vorgnanten stete vnd alle dy die in disem krieg ietz mit in sin oder noch darin kůmen alle ir verbuntnůsse vnd glůbde die sie getan haben ablazen gentzlich vnd gar, oder sich gůtlich mit vns gerihten, vnd auch vns versichern daz sie vns eweclichen lazen blyben bie vnsern rehten gerihten eren frieheiten vnd gwonheiten.

Wanne auch daz were daz sie dise verbůntnůsse wider angriffen eintzellich oder gmeynlich, oder wider vnser reht geriht ere frieheit oder gwonheit trahten oder teten, besunder oder mit einander, in welher wis daz gescheh, so suln wir in diser vorgeschriben verbuntnusse sin vnd blyben one alle arglist als vorgeschriben stet.

Ez suln auch dise verbůntnůsse alle vnser vordern eynunge vnd strickunge an niht krenken, noch keynerley missehellunge machen: besunder sie sullen blyben in aller irre maht als sie geschehen vnd beschriben sin.

Vnd des ze eim gezůcnůsse vnd waren vrkůnde haben wir alle vier vnser jnsigele geheizzen henken an disen brief.

Der geben ist zer pfarrekirchen bie Swinfurt, do man zalt nach Cristes gebůrt drutzehen hundert jar darnach in dem vier vnd viertzigestem jar, an dem nehsten donerstak nach der oster wochen.

Quatuor quorum mentio facta est sigillorum fasciis membranaceis ex hoc documento — quod Märcker et de Stillfried in monum. zolleran. vol. III sub num. CXX pag. 117 et 118 ediderunt — suspensorum illa Henrici comitis ab Hennenberg et Alberti burggravii nuerenbergensis jam desunt.

Google

XX.

1344, die 15. aprilis.

Ecclesia novi monasterii de suo statu tempore discordiae inter Ottonem episcopum necnon ecclesias herbipolenses et civitatem wirziburgensem exortae salvando statuit.

Jn nomine dominj amen.

Nos Heynricus decanus, totumque capitulum ecclesie noui monasterij herbipolensis ad omnium quorum interest uel interesse poterit noticiam deducimus per presentes, quod nos sub anno dominj millesimo C°C°C° XLIIII°, XVII kalendas maij, in capitulo ecclesie nostre capitulariter congregati, diligenti deliberacione prehabita super recessu et ammocione nostra a ciuitate herbipolensi occasione discordie inter reuerendum in Christo patrem et dominum nostrum . . dominum Ottonem episcopum et ecclesias herbipolenses ex vna ac ciues eiusdem ciuitatis parte ex altera suborte nobis inminentibus, modis ut subscribitur nobis et ecclesie nostre duximus prouidendum, jta videlicet statuendo et ordinando in hijs scriptis, quod quiuis canonicorum ecclesie nostre prebendatus, in plena percepcione prebendo sue existens, omnem porcionem prebende sue hinc ad messes proxime affuturas ipsum contingentem tam in tritico pro simulis quam in siligine pro cuneis siligineis medio tempore dandis quam eciam in vino nunc simul percipere poterit et debebit, jta sane quod si et quandocumque predicta discordia inter dominum nostrum episcopum ecclesias et ciues prefatos reformata fuerit et sedata ex toto, vel saltem treuge diutine — videlicet sex mensium seu ampliores — inite fuerint, extunc quilibet canonicorum ecclesie nostre predictorum infra vnius mensis spacium a tempore sopite discordie et totaliter extincte vel treuge inite predictarum, ne ecclesia nostra debito diuinorum officio miserabiliter defraudetur, nisi legittimo inpedimento detentus fuerit, ad ipsam ecclesiam nostram redire et

Digitized by Google

se representare teneatur, nulla ipsum ignorancia super eo penitus excusante, tempore tamen sex septimanarum videlicet ad equitandum a consuetudine nobis indulto cuilibet nostrum reseruato.

Si quis vero canonicorum nostrorum predictorum infra mensem, spacium predictum, non venerit, et se ut prefertur non presentauerit, quam diu vltra absens fuerit, qualibet die sue absencie decem denarios herbipolenses in reconpensam fructuum prebende sue prius per eum ut predicitur perceptorum ecclesie nostre soluere teneatur, ad percepcionem sue prebende non aliter per nos admittendus nisi de neglectis huiusmodi prius iuxta numerum dierum sue absencie et estimacionem premissam ecclesie nostre plenarie fuerit satisfactum.

Ac si quis racione debitorum seu quomodolibet aliter legittime ac judicialiter inpeteretur, sciat se vice suspensionis sue prebende decem denarios singulis diebus nomine pene incursurum.

Attendentes eciam, quod officiati nostri — videlicet viceprepositus et cellerarius qui pro tempore existunt — occasione retardacionis solucionis reddituum ad suorum officiorum amministracionem pertinencium tempore prefate discordie inpedimenta non modica sustinere contingit, eapropter effectum formarum ipsorum et penarum earundem quo ad solucionem denariorum septimanalium et presenciarum dumtaxat per eos medio tempore dandorum et soluendorum, nichilominus vero formarum aliarum quarumcumque ecclesie nostre personarum, ne reatu periurij notari valeant, suspendimus in hijs scriptis, jta videlicet, quod, postquam discordia reformata vel treuge inite fuerint ut prefertur, ipsi et eorum quilibet ad solucionem omnium neglectorum et ad obseruanciam formarum suarum sub penis in eisdem expressis irremissibiliter teneantur sicut prius.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum [testimonium] sigillum nostre ecclesie ex certa nostra sciencia presentibus duximus appendendum.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris quondam suspensum jam omnino abscissum est.

XXI.

1344, die 20. aprilis.

Das Hochstift bestimmt für den Fall eines Güterverkaufes in der Summe von 1000 Pfund Häller an Ritter Heinrich von Sternberk den Wiederkauf aus den Beten von Hassfurt Jphofen und Kitzingen.

Wir Otte von gotes gnaden byschof ze Wirtzburk bekennen vnd tun kunt offenlichen an disem brief: jst daz wir mit dem vesten ritter Heinrich von Sternberk enden den kauf als er vmb vns vnd vnsern stift vmb tusent pfunt haller kauffen wil, darumb wir ietz mit im in rede sin, darzů auch daz capitel vnsers stiftz ze Wirtzburg sine gunst vnd willen geben hât, vnd were auch daz der krieg des wir vns ietze versehen abgieng vnd versůnt wůrde, so sprechen vnd globen wir an disem brief, daz wir die selben gůt die wir danne dem vorgnanten von Sternberg verkaufen vmb tusent pfunt haller als vorgeschriben ist sullen vnd wollen widerkaufen vnd losen von den beten die vns vnd vnserm stift in vnsern steten Hasfurt Jphouen vnd Kitzingen werden vnd vallen vf sant Mertins tak der nů schierst kůmt, one alles geuerd. Vnd der dechant vnd auch zwen die eltsten im capitel vnsers vorgnanten stiftz sullen vnd můgen danne, ist daz der krieg verriht wirt, in nemen von den selben beten tusent pfunt haller, vnd sůln die wenden an den vorgnanten widerkauf als vorgeschriben stet.

Vnd des ze eim gezucnůsse vnd vrkund ist vnser jnsigel gehenket an disen brief, der geben ist ze Wirtzburk, am dinstak vor sant Georien tak, do man zalt nach Cristes geburt drutzehen hundert jar vnd darnach in dem vier vnd viertzigestem jar.

Ottonis episcopi sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum fere prorsus decidit.

Digitized by Google

XXII.

1344, die 1. maji.

Otto episcopus de remediis animarum dictis selgeret statuit.

Jn nomine domini amen.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis ad rei memoriam sempiternam.

Ad nostrum multorum fidedigna relacio deduxit auditum, quod nonnulli . . heredes seu fideconmissarij defunctorum in ciuitate nostra herbipolensi et suburbijs eiusdem ac in nonnullis locis nostre dyocesis . . rectoribus seu . . plebanis ecclesiarum parrochialium ibidem remedium animarum, selgeret uulgariter nuncupatum, quod pro remedio animarum ipsorum defunctorum eisdem . . rectoribus seu . . plebanis ab . . heredibus seu fideconmissarijs eorundem defunctorum dari ac solui ibidem ab antiquo consueuit, jn sue salutis periculum et ipsarum parrochialium ecclesiarum grande dispendium, licet eos nullus defectus bonorum ab ipsis defunctis relictorum excuset, dare seu soluere contradicant.

Nos igitur, ex nostri pastoralis officij debito animarum eorundem ac omnium aliorum nobis subiectorum periculis necnon predictarum et aliarum nostre dyocesis parrochialium ecclesiarum in locis in quibus prefata consuetudo eciam ab antiquo noscitur obseruata consistencium dispendijs obuiare desiderabiliter affectantes, matura et consulta deliberacione et consilio . . prelatorum et . . capituli ecclesie nostre prehabitis, consuetudinem premissam ex deuocione fidelium introductam piam ac laudabilem et seruandam fore auctoritate ordinaria declaramus, jpsam quoque consuetudinem ab uniuersis et singulis nobis ordinario iure subiectis in locis ubi eadem consuetudo est ab antiquo seruata presenti statuto decernimus obseruandam, eisdem nostris subiectis in uirtute sancte obediencie ac eciam sub pena sentencie exconmunicacionis districte precipiendo mandantes, ut . .

Digitized by Google

rectoribus seu . . plebanis ecclesiarum parrochialium in locis illis ubi eadem consuetudo ut premittitur est seruata pretactum animarum remedium, selgeret uulgariter nuncupatum, diuerse quidem summe secundum diuersitatem eorundem locorum, nisi eos defectus bonorum ab ipsis defunctis relictorum excuset, jn antea pia deuocione dare seu soluere non obmittant. Alioquin contra ipsos non soluentes grauius prout ius permiserit procedi poterit utique et debebit.

Datum Herbipoli, anno domini M°CCC° XLIIII°, kalendis maij, pontificatus uero nostri anno decimo.

Hoc statutum ad fidem libri copiarum quem Lupoldi de Bebenburg dicunt pag. 469—471 edidimus, qui in fine statuti quae sequentur notavit:

Jsta tempore domini Ottonis non emanarunt, nec publicata fuerunt. Propterea successor eius . . episcopus herbipolensis premissa innouando debito exequatur!

XXIII.

1344, die 6. maji.

Heinricus dictus Rôrbach et Alheidis conjuges in Linach residentes propter causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pari voto et unanimi consensu pro se et heredibus suis coadunatis manibus justo venditionis titulo vendunt et tradunt procuratoribus hospitalis sancti Theodrici herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et hospitali jamdicto ac infirmis in eodem degentibus redditus duorum solidorum denariorum herbipolensium dativorum et unius pulli carnisprivialis, solvendos et praesentandos annis singulis in festo beati Martini episcopi sine quolibet damno de et super domo area et orto contiguis in superiori Linach sitis an der Leingrûben, ab inferiori parte cum Fritzonis dicti Schultheizz orto et a superiori parte cum Alhuse von der Leingruben domo confinatis, pro pretio duarum cum dimidia

Digitized by Google

librarum hallensium, integre et complete persoluto, et utiliter converso in necessarios usus, dicta bona et eorum proprietatem ore manu et iactu calami ut est moris dictis emtoribus penitus resignantes, ac recipientes ab ipsis pro se et heredibus suis pro antedictis annuis redditibus inantea tenenda et jure emphyteotico possidenda, promittentes nihilominus dictis emtoribus de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franconiae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua quidem warandia facienda et evictione cavenda necnon pro antedictis annuis redditibus annis singulis ut praemittitur persolvendis dant et constituunt praefatis emtoribus fidejussores insolidum Heinricum dictum Schûrpfing et Bertoldum dictum Butener, qui fidejussores moniti, si praefatos . . emtores aliquod damnum aut impedimentum in dictis bonis aut eorum proprietate seu in dictorum reddituum in toto vel in parte solutione sustinere contigerit, in obstagio se recipere tenebuntur, apud publicum hospitem in Lynach expensas more fidejussorio in damnum venditorum et heredum eorum facturi, et deinde non exituri tamdiu sine vara donec hujusmodi damnum aut impedimentum amotum fuerit penitus et sublatum, et redditus praedicti totaliter persoluti: quorum fidejussorum si aliquis cesserit vel decesserit, alium aequecertum quem dicti emtores acceptaverint infra mensem tunc proximum substituere promittentes loco ejus: aut superstes monitus modo praemisso obstagium faciet donec hujusmodi substitutio legittime compleatur; a qua fidejussione dictos fidejussores promittunt indemniter liberare; renuntiantes super praemissis omnibus et singulis omni juris canonici et civilis auxilio quod ipsis aut heredibus contra praemissa aut aliquod eorundem posset imposterum quomodolibet suffragari, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Datum anno domini M°CCC°XL° quarto, in crastino ascensionis domini.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

Digitized by Google

XXIV.

1344, die 21. maji.

Syfrid vom Steine beurkundet dem Hochstifte das Recht des Wiederkaufes einer jährlichen von der Bete zu Melrstat fallenden Gült von 120 Pfund Häller.

Jch Syfrit vom Steine der jůnger bekenne vnd vergich offenlich an disem brief vnd tůn kunt allen den die in ansehen oder hôren lesen, daz ich oder min .. erben die zweintzig vnd hundert pfunt haller jerlicher gůlt die der hochwirdig min gnediger herre her Otte byschof ze Wirtzburk auch mit gunst vnd verhengnůzze sins capitels ze Wirtzburk mir vnd minen erben vf sinen vnd des selben stifts gůlten cinsen vnd bete ze Melrstat verkauft vnd ingeentwùrt hat vmb zwelfhundert pfunt haller, die ich im vnd dem selben stift darvmb gentzlich bezalt vnd gewert han, als ich auch des sin vnd des selben capitels brief vnd jnsigel darvber inne han, sůllen vnd wellen ich oder min erben die selben gůlt dem vorgnanten minem herren byschof Otten oder sinen nachkomen .. byschôffen ze Wirtzburk, oder ob niht byschof do were dem capitel des selben stifts, oder einem oder mer tůmherren vz dem capitel des selben stiftz, ob sie wellen, vnd in dem selben reht vnd dem stift ze nutze geben wider ze kaufen, wenn oder welhs jars mans widerkaufen wil, vmb zwelfhundert pfunt haller, daz vorgnant gelt, also doch daz der widerkauffe geschehen sůlle ie des jars vf sant Peters tak der geuellet vmb die vasnaht, viertzehen tag do vor oder viertzehen tag darnach, vnd anders niht.

Vnd wie sich der widerkaufe verzug hin ins jar lenger danne viertzehen tag nach dem selben sant Peters tag, so solt doch mir oder minen erben die vorgnant haller gůlt daz jar fůrbaz gentzlich geuallen vnd volgend sin.

Vnd swenne dirr widerkauffe geschehen ist als vorgeschriben

Digitized by Google

stet, so sol die vorgnant haller gůlt ze Melrstat dem vorgnanten minem herren byschof Otten vnd sim stift ze Wirtzburk von mir vnd allen minen . . erben ledig vnd loz sin.

Vnd hierůber zů eim gezuknůsse vnd waren vrkunde dirr vorgeschriben dinge han ich für mich vnd alle min erben mit minem jnsigel versigelt gegeben disen brief, der geben ist do man zalt nach Cristes geburt drůtzehen hundert jar dar nach in dem vier vnd viertzigesten jar, an dem nehsten frytag vor den pfingsten.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum jam abscissum est.

XXV.

1344, die 28. maji.

Ritter Heinrich von Sternberg beurkundet dem Hochstifte das Recht des Wiederkaufes des um 1500 Pfund Häller erkauften Dorfes Brotpach, und den Satz der jährlichen Bete daselbst auf 30 Pfund Häller und ein halbes Fuder Wein.

Jch Heinrich von Sternberg ritter bekenne vnd vergihe für mich vnd alle min . . erben offenlich an disem brief vn tůn kunt allen den die in sehen lesen oder horen lesen: wan der hochwirdig min gnediger herre her Otte byschof ze Wirtzburk, auch mit gunst willen vnd wort des capitels sins stifts ze Wirtzburk, mir vnd minen erben oder swem ichs gib mache oder bescheide an lyb oder an tode reht vnd redlich verkauft hât daz dorf Brotpach mit allen sinen zugehörnden in dorf vnd in velde vmb funftzehen hundert pfunt haller, als die brief mit sim vnd sins vorgenanten capitels jnsigeln versigelt gentzlich besagen die ich inne hân, dez han ich mich an disem kauf für mich vnd alle min . . erben gen dem vorgenanten mim herren byschof Otten vnd sim stift versprochen, daz weder ich noch deheiner miner . . erben von

Digitized by Google

dem vorgenanten dorf . . luten vnd gůten do selbs niht mer ze bete nemen noch dar vf iht mer setzen dann ieds jars drizzig pfunt haller vnd ein halp fůder wins, vnd niht mer dar ze banwyn legen.

Vnd ich noch miner . . erben deheiner soln die selben . . lůte vnd gůt niht vberuaren an deheinen andern vnbillichen dingen.

Ez ist auch an disem kauf geredt vnd gedingt, daz min vorgenanter herre byschof Otte, sin . . nachkomen, oder daz capitel sins stifts ze Wirtzburk ob niht byschofs da were, oder einer oder mer . . tumherren in dem selben capitel vnd in dem selben rehten daz vorgenant dorf mit allen sinen zugehornden vnd rehten als sie mir verkauft worden sin vmb mich oder min vorgenant . . erben vnd . . nachkomen daran mugen vnd soln sie auch widerkaufen vmb funftzehen hundert pfunt haller, daz vorgeschriben kaufgelt, wann oder welhs jars sie wellen, doch also daz ie der widerkauf geschehe yeds jars vf sant Peters tak der do vellet vmb die vasnaht, viertzehen tag da vor oder viertzehen tag darnach. Vertzug sich aber der widerkauf biz vber die viertzehen tag nach dem selben sant Peters tak vngeuerlich, so sol ich vnd min . . erben daz selbe dorf mit allen nůtzen gůten vnd gulten die sich dann da von gebůrn daz jar biz vf den nehsten vorgenanten sant Peters tak niezzen vnd innemen.

Vnd daz von mir vnd allen minen vorgenanten . . erben die vorgeschriben dink alle also stete blyben vnd gehalten werden, dez han ich mim vorgenanten herren byschof Otten vnd sim stift ze Wirtzburk mit mim jnsigel versigelt geben disen brief, do man zalt nach Cristes geburt drutzehen hundert jar darnach in dem vier vnd viertzigesten jar, am nehsten frytak nach sant Vrbans tak.

S[igillum] HEINRICI MILITis De STERNBERG fascia membranacea ex his litteris — quas regesta rerum boicarum vol. VIII pag. 16 diei 27 mensis maji tribuunt — suspensum integrum est.

Digitized by Google

XXVI.

1344, die 26. necnon die 28. junii.

Konrat von Mettinsholz und Ulrich Hiren bekunden als das Gebiet des Landgerichts Rothenburg für Acht Anleite und nützliche Gewere den Umfang des Fürstbistums Wirzburg.

1.

Jch Conrat von Mettinsholtz ein edelkneht vergihe vnd tůn kůnt offenlich mit disem brife allen lůten vnd sage daz vf min eyt, daz mir wol wizzent vnd kůnt ist, vnd auch daz gesehen vnd gehort han als verre ich gedencken mag, daz man allezit gerihtet hat mit oht vnd mit anleit vf dem lantgeriht zu Rotenburg als verre daz bystům zu Wirtzebůrch get.

Vnd han auch daz gehort von mime vater seilgen vnd von minen altvordern, daz daz vorgenant geriht also her kůmen sie, vnd auch daz ez nyeman verdencken můge von alten ziten.

Des zu vrkůnde der warheit gibe ich disen brif, versigelt mit mime jnsigel, der geben ist von Cristes gebůrt drůtzehenhůndert jar dornoch in dem vier vnd vierzigstem jare, an samztage noch Johannis baptiste.

Sigillum cujus mentio facta est fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

2.

Jch Vlrich Hiren ein edel knecht vergihe vnd thun kunt offenlich allen luten vnd bekenne vnd sage vff meinen eyt, daz mir wissen vnd kunt ist als ich volliclich gedencken mag bey sechczig iaren dar vnder vnd daruber, daz man alle zeit gericht hat mit ocht

Digitized by

mit anleite vnd mit nůczlicher gewere vff dem lan[t]gericht zu Rotenburg als weite daz bistum zu Wirczburg get, wann man auch vor alten zeiten vff mich selbs vff ritter vff knecht vnd ander lůte do selbes vor dem gerichte erclagt hat.

Dez zů vrkunde der worheit gibe ich vorgnanter Vlrich disen brieff, versigelt mit meim jnsigele, der geben ist am nechsten mentage noch sunwenden noch Cristus gepurt dreuczehen hundert iare vnd in dem vier vnd vierczigsten iare.

Sigillum VLRICI DictI HIRERI (PIRERI?) fascia membranacea ex his litteris — saeculo quinto decimo scriptis — suspensum est.

Alius documenti huc spectantis, die 24 mensis martii dati, sed itidem saeculo quinto decimo scripti, sigillo [Die?]THRICI DiCtI TVBERER fascia membranacea suspenso muniti, tenor hic est:

Jch Hans Tuberer ein edel knecht vergihe vnd tůn kůnt offenlich an disem prieff allen luten, daz mir wissen vnd kunt ist als ich kuntlichen wol gedencken mag wol bey achtzig iaren, daz man allzeit gericht hat zů Rotempurg vff dem lantgericht als weyt die vier welde begriffen haben mit ocht vnd mit anleit.

Auch bin ich selber offte von gerichte do selbest zů anleiter geben worden vff daz lant, vnd han auch vmb mein selbez clage offt anleit vnd anleiter genomen.

Vnd ditz allez sage ich vnd bekenne ez vff meinen eyt.

Vnd dez allez zů warem vrkůnde vnd zů gezugnusse han ich mein insigel geleget an disen brieff, der geben ist an vnser frowen aubent der kůndůnge von Cristus gebůrt drůczehenhundert jare vnd dem vier vnd vierczigsten jare.

XXVII.

1344, die 30. julii.

Ritter Andres Zobel von Heytingsfelt empfängt vom Hochstifte eine Hube zu Lintpach als Erbburggut auf der Feste Marienberg.

Jch Andres, hern Andres Zobels von Heytingsfelt ritters sun, bekenn öffenlichen an disem brief: wan der hochwirdig

Digitized by Google

min gnediger herre byschof Otte ze Wirtzburk von sin vnd sins styftz wegen den hof ze Heytingsfelt, der Leschin hof genant, daruf er mir vnd minen erben sehtzik pfunt haller zů eim burkgůt vf sinr vnd sins styfts vesten vnserr frawen berk ze verdyenen gegeben vnd bescheiden hatt', nu vmb daz selb gelt, sechtzik pfunt haller, wider gelőzt hat, vnd ich vmb die selben haller ein hůb ze Lyntpach gelegen, die da buwet Ludwig Strőlin, vnd gilt achthalp malter getreyds acht schilling pfenning vnd ein vasnaht hůn, die eigen gewezt ist, reht vnd redlich ze vrtet gekauft han, darumb so bekenn ich für mich vnd alle min erben, der vorgnanten hůbe ze Lintpach ze lehen ze haben von dem vorgnanten minem herren byschof Otten vnd sim stift ze Wirtzburk zů eim burkgůt vf der vorgenanten vesten vnserr frawen berk, eweklich ze haben vnd auch ze verdyenen als burkgůts reht ist. Vnd han auch ich von dem selben burkgůt gehult vnd gesworn, vnd sůln auch min erben daran nach mir da von hulden vnd sweren, dez vorgnanten stifts frumen ze werben, schaden ze warnen, vnd daz selbe burk gůt getrewlich ze verdyenen als reht ist.

Vnd hierůber zů eim gezuknůz vnd waren vrkůnde han ich dem vorgenanten minem herren bischof Otten vnd sim stift ze Wirtzburk mit minem jnsigel versigelt gegeben disen brief, do man zalt nach Crists gebůrth drůtzehenhundert jar darnach in dem vyer vnd vyertzgsten jare, an dem frytag nach sant Jacobs tak.

S[igillum] ANDRE FILII ANDRE ZOBEL MILITis fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

XXVIII.

1344, die 13. septembris.

Das Hochstift nimmt den Juden Jakob von Ulm und seine Frau Juthe als Bürger und Juden in Wirzburg auf.

Wir Eberhart von Rỳdern dechant vnd daz capitel des

Digitized by Google

stiftes zu Wirtzeburg bekennen vnd tůn kunt offenlich an disem brief allen den die in sehent oder hôrent lesen, daz der hochwirdig vnser genediger herre bisschof Otte zu Wirtzeburg mit vnser gunst willen vnd worte die bescheiden juden Jacob von Vlme vnd Juthen sin elich wirtin zů sinen burgern vnd juden enpfangen hat, vnd auch ire libe vnd gůt vnd ire gesinde in sinen schure vnd schirm genomen hat, also daz er sŷ an iren liben vnd gůten schuren vnd schirm sol getrewlich on geuerde nach der brief sage die si von im dor vber inne haben.

Ach sullen wir, swenne der vorgenant vnser herre niht enist, daz got lange verbiete, die selben juden die wil si by vnserm stifte zu Wîrzeburg oder in welichem dez selben stiftes slozze, ez si eigen oder pfant, beliben vnd sitzen wollen si vnd daz ire schuren vnd schirm getrewelich on alles geuerde biz an einen zůkumftigen vnsern herren einen bisschof zu Wîrzeburg vnd biz si von dem versichert werden als sis danne bedurffen.

Were aber daz vns dûhte daz wir sie also niht beschirmen môhten, so sullen wirs in einen manden vor sagen: vnd sullen si vnd daz ire dann von vns geleiten swelichs landes si vz wollen vnuerzôgenlich vnd on allen iren schaden als verre des vorgenanten vnsers stiftes gebiet reichet.

Wolten auch die selben juden von vnserre styfte ziehen, vnd bi vns niht lenger beliben, wenne wir niht bisschofs zu Wirzeburg heten, daz sullen si vns dann auch einen manden vor sagen vnd kunt tůn: vnd sullen wir dann sie ire gesinde vnd daz ire geleiten vnuerzôgenlich on allen iren schaden glicherwise als hie vorgeschriben stat.

Wir haben auch den selben juden die gnade getan, wenne wir niht herren heten eins bisschofs zu Wirzeburg, vnd si ieman ansprechen oder iht schuldigen wolte, waz daz were, do fůr sullen wir si lazzen gerichten mit ir selbes eins hant in dem juden bûch als reht ist. Vnd wenne si daz getůn, so sullen si der sache ledig vnd fry sin, vnd sullen des von nieman vbersagt werden.

Vnd des zů einem vrkunde vnd sicherheit haben wir vnser jnsigel geheizzen hencken an disen brief, der gegeben wart do man

Digitized by Google

zalt von Cristus geburthe drûtzehen hundert jar dar nach in dem vier vnd viercegestem jar, an dem mentag nach vnser frawen tag der jungern als si geborn wart.

Sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

XXIX.

1344, die 2. octobris.

Bertoldus dictus Hofeman et Elsa uxor ejus propter causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pari voto et unanimi consensu pro se et heredibus suis manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt domino Walthero de Wisentpach vicario ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus universis donatariis seu legatariis aut quibus in vita vel in morte duxerit deputandum jus hereditarium ac aliud jus quodcumque ipsis competens in curia in villa Bûtert sita cum juribus et requisitionibus universis quaesitis et inquirendis, quocumque nomine censeantur, ab una cum bonis dictae Rônlerin et ab alia parte cum Gotzonis dicti Nûkûm agris confinata, pro pretio quadraginta quinque librarum hallensium, integre persoluto et utiliter converso in necessarios usus; omneque jus ipsis in ipsa curia et pertinentiis ejus competens ore manu et jactu calami ut moris est emtori praefato penitus resignantes a se expressius abdicant, ac in ipsum emtorem et ejus heredes cum omni jure ipsis in ipsa competente transferunt, ipsum in possessionem praedictae curiae praesentibus inducentes.

Promittunt etiam, dictum venditionis contractum ac omnia et singula praemissa firma et rata tenere, et non contrafacere vel venire aliquo ingenio studio vel cautela, renuntiantes super praemissis omnibus et singulis omni juris canonici et civilis auxilio quod ipsis aut ipsorum heredibus contra praemissa aut aliquod praemissorum possent

in posterum quomodolibet suffragari, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Actum anno domini millesimo CCC°XLmo quarto, sabbato post festum sancti Michahelis archangeli.

Testes hujus rei sunt: Johannes de Aschaffenbůrk, magister Heinricus de sancto Stephano, vicarii ecclesiae herbipolensis, Gotzo dictus Hemersheim, Hermannus de Jngelvingen.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum magnam partem decidit.

XXX.

1344, die 6. octobris.

Conradus Grosse scultetus nůrenbergensis coenobio kitzingensi pro hospitali et capellania intra ejus septa instaurandis jura lignorum in silva der Vorst dicta sibi competentia libere remittit.

Jn nomine domini amen.

Quoniam, vt sacer canon testatur, bone rei dare consultum seu patrocinium et presentis vite subsidium optinere et eterne remuneracionis premium cernitur expectare, ego itaque Cunradus dictus Grosse scultetus in Nůrenberg, zelo inspiracionis diuine et contemplacione votiui affectus quem incessanter gero ad restauratoriam jnstitucionem hospitalis cum cappella et cimiterio alijsque attinencijs suis debitis et consuetis jntra septa monasterij . . sanctimonialium in Kytzingen ordinis sancti Benedicti herbipolensis diocesis jn locis videlicet der Sal et Spytelhof wlgariter nuncupatis et ad hec legitime deputatis, et in karitatiuum et effectiuum subsidium fundacionis et dotacionis huiusmodi hospitalis cappellanie aliarumque attinenciarum suarum presertim in lignis pro foco, jn diuini cultus augmentum et propter meritorium ministerium hospitali-

Digitized by Google

tatis et aliorum piorum operum misericordie diuina fauente clemencia cottidie exercitandorum ibidem, et pro salutifero remedio mee et meorum . . progenitorum . . successorum et . . benefactorum animarum, titulo donacionis inter viuos libere legitime irreuocabilis et perfecte ac eciam elemosine liberalis . . sanctimoniales et monasterium de quibus predicitur rite debite publice et solempniter pro me meisque . . heredibus vniuersis absolui et quitaui ac quitas reddidi et solutas, et expresse juri meo in hac parte renunciaui, jpsisque jus idem remisi ac eciam absoluendo quitando renunciando in hijs scriptis remitto, videlicet quod ego uel mei . . heredes quicumque per nos alium seu alios directe uel indirecte publice uel occulte absque omni vara seu fraude volumus nec debemus — sicut per certos annos hactenus nobis licuit — secare seu secari facere de silua dicti monasterij der vorst wlgariter nuncupata mille jugera lignorum in toto uel in parte ad annos ab hinc futuros continuos quibus dumtaxat ipsius monasterij temporalia retinere debemus, aut eisdem annis in dicta silua recipere palos pro huiusmodi monasterij vitibus vinearum, pro quibus jugeribus lignorum et palis si ea et eos secare per dictos annos voluissemus vt potuissemus de jure nostri super eo contractus estimacio valoris per eosdem annos ad mille libras hallensium conmuniter et legaliter conputari valeret, jn satisfactoriam et legitimam reconpensam jurium et seruitutum hospitalis predicti in silua huiusmodi ac ad eam, videlicet quod homines pro tempore in eodem hospitali degentes perpetuo et licite possint ac debeant in futurum singulis septimanis semel dumtaxat de eadem silua pro eorum necessitate pro foco cum quatuor equis ducere vnum plaustrum lignorum de trunko absque precisione qualibet recipiendorum absque fraude seu vara vbi familia dicti monasterij pro eius foco solet secare et recipere sua ligna; jtem quod in eadem silua huiusmodi hospitalis . . homines possint pascere perpetuo sex vaccas vtiles ipsius hospitalis in pascuis jn quibus pro tempore solent pasci peccora monasterij memorati, jta sane quod extunc et non alias ex parte ipsius hospitalis . . pastori eiusdem monasterij altera dimidia libra hallensium pro precio annis singulis assignetur, prout eciam hec inter alia in confectis desuper

Digitized by Google

jnstrumentis seu litteris ipsius monasterij sigilli appensione munitis debite contine[n]tur.

Jnsuper presentibus recognosco, quod defensio temporalis huiusmodi hospitalis ad . . dominos et . . possessores ipsius oppidi in Kytzingen presentes et futuros dumtaxat et quemlibet eorum insolidum propter vtilitatem et non ad perniciem ipsius hospitalis perpetuo pertinere debebit. Nullus quoque alius . . dominus pro deffensore eiusdem hospitalis recipi seu assumi vllo vmquam tempore siue modo poterit aut debebit.

Preterea pro me et . . heredibus meis firmiter spondeo et promitto, absolucionem quitacionem renunciacionem et remissionem ac recognicionem de quibus et vt premittitur ratas gratas et firmas habere et tenere, nec contra eas uel earum aliquam de jure uel de facto cum uel sine judicio publice uel occulte facere uel venire aut . . contrafacienti quomodolibet consentire.

Jn cuius rei testimonium atque robur dedi pro me et . . heredibus meis predicto monasterio has litteras, mei sigilli munimine roboratas.

Datum anno domini millesimo CCC° XLimo quarto, II nonas octobris.

Singulorum quorum mentio facta est sigillorum fasciis membranaceis ex utroque harum litterarum exemplari suspensorum partes superiores deciderunt.

Exteriori alterius harum litterarum exemplaris parti manus saeculi sexti decimi inscripsit: Lij fueder holtz jns spital mit vier pferden zugeben absque fraude et precisione, vnd sechs küe jn forst gehen zulassen.

Quae sub num. XXXI et XXXIV sequentur documenta, die 7 necnon die 30 mensis octobris et die 2 mensis novembris exhibita, huc conferre poteris.

Digitized by Google

XXXI.

1344, die 7. octobris.

Coenobium kitzingense domum Sal dictam et curiam Spitelhof nuncupatam inter septa sua sita pro hospitali et capellania ibidem instaurandis conditionibus quibusdam adjectis concedit.

Jn dei nomine amen.

Quoniam, vt sacer canon testatur, bone rei dare consultum seu patrocinium et presentis vite subsidium optinere et eterne remuneracionis premium cernitur expectare, nos itaque soror Kůngundis de Gyeche custos, totusque conuentus seu . . capitulum, ac omnes et singule . . sorores capitulares conuentus sanctimonialium monasterij in Kitzingen, nunc regimine . . abbatisse vacantis, ordinis sancti Benedicti herbipolensis dyocesis ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam cupimus peruenire, quod nos — prouide attendentes quod quodlibet monasterium tam fratrum quam . . sororum dicti ordinis secundum eiusdem ordinis jnstituta et iuxta piam et religiosam ac deuotam prisci moris seu antique consuetudinis huiusmodj ordinis monasteriorum obseruanciam vnum hospitale pro hospitacione et sustentacione . . pauperum seu . . debilium egenorum et pro exercendis erga cos ac eciam alios . . mendicantes operibus karitatis jn laudem cunctipotentis dei qui dat omnibus affluenter debeat et soleat continere, quodque vna queque res de facili suam redeat in naturam, considerantes quoque purum ac deuotum affectum prudentum virorum Cůnradi dicti Groz sculteti in Nůremberg, qui nostrum monasterium predictum, quod cum suis pertinenciis fuit propter diuersa debitorum onera et vsurarum voraginem lamentabiliter deformatum jn temporabilibus, cepit laudabiliter reformare, necnon Růdgeri et Wolframi germanorum dictorum Tůfel, de ipso loco Kitzingen oriundorum, ciuium herbipolensium, qui quidem tres viri prouidi et deuoti de communi consensu nostrum

Digitized by Google

omnium et singularum, ac tractatu pluries et sollempniter secundum iuris exigenciam prehabito diligenti, precedente eciam et interueniente canonice consensu et auctoritate reuerendi in Christo patris et domini nostri graciosi domini Ottonis episcopi herbipolensis, jpsius monasterij nostri euidente eciam vtilitate swadente, ad dei gloriam extollendam et ad diuinum cultum propagandum et sex opera misericordie peragenda et eciam ob meritoriam honorificenciam beatorum Stephani prothomartiris et Laurencij martiris leuitarum ac Anthonij confessoris de certis et propriis ipsorum, presertim germanorum predictorum, bonis redditibus pensionibus et censibus suisque juribus et attinenciis descriptis plenius in litteris autenticis super eo confectis, ac ipsorum . . trium pecuniis ad hec persoluendis ad presens sufficere debentibus proponunt et satagunt efficaciter et sollempniter de nouo fundare edificare ac dotare denuo vnum hospitale ad instar seu consequenciam prioris antiqui hospitalis ibidem infra septa dicti nostri monasterij pro . . debilium et pauperum . . egenorum collectione hospitacione et refectione, et vnam capellam cum cymiterio pro sepultura huiusmodi . . decumbencium et . . moriencium ibidem, necnon vnam perpetuam prebendam congruam et decentem pro vno . . sacerdote qui in huiusmodi hospitalis cappella diuina celebret officia et . . jnfirmis ac . . familiaribus domesticis ipsius hospitalis ecclesiastica sacramenta ministret — propterea nostram aulam seu domum que wlgo Sal dicitur jn quantum protenditur ab angulo coquine abbacie dicti monasterij circa eandem coquinam vsque ad plateam publicam versus ciuitatem herbipolensem et a dicta coquina vsque ad cappellam santi Andree apostoli ibidem et eciam in totali latitudine vt apparet, vna cum cellario custodie ipsius monasterij ibi sito, necnon totam curiam nostram wlgo ab antiquo dictam Spitelhof secundum longitudinem et latitudinem vt apparet videlicet a dicta domo que Sal dicitur vsque ad viam publicam versus opidum Kitzingen et vsque ad viam publicam qua itur ad dictam ciuitatem herbipolensem, que domus et curia site sunt infra septa nostri monasterij prelibati, rem quidem non nouam neque insolitam in hac parte aggrediendo, cum assensu decreto auctoritate et collaudacione venerabilis domini Ottonis episcopi

Digitized by Google

memorati, pluribus quippe et sollempnibus secundum iuris exigenciam tractatibus et deliberacionibus ac consensibus per nos omnes et singulas conuentualiter et capitulariter canonice et diligenter prehabitis super eo, ad restaurandum videlicet seu renouandum ac meliorandum huiusmodi hospitale, necnon fundandum seu instaurandum cappellaniam cum sepultura inibi vt prefertur pro euidente vtilitate eiusdem monasterij nostri tytulo legitime pie et laudabilis donacionis irreuocabilis ac perfecte pro nobis et . . succedentibus nobis omnibus et singulis ac nostrum et huiusmodi succedencium necnon nostre . . abbatisse future ac ipsius monasterij nostri nominibus rite et debite dedimus donauimus deputauimus et tradidimus, ac eciam donando et tradendo in hiis scriptis canonice deputamus, cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios siqui forent, accessibus quoque et egressibus transitibus ac reditibus suis cum omnibus et singulis que habent supra vel infra seu intra se in integrum, omnique iure et actione vsu seu requisicione nobis et predicto monasterio ex eis vel pro eis bonis seu rebus aut ipsis rebus aut ex qualibet earum modo aliquo pertinente, ad fundandum edificandum restaurandum seu instaurandum dotandum et instituendum ibidem cappellam et campanile cum duabus paruis campanis et cymiterio ac hospitale cum edificiis necessariis et commodosis intra septa ipsius hospitalis dumtaxat pro . . pauperibus et . . debilibus colligendis et reficiendis cum aliis personis tam . . clericis quam . . laycis, prout eisdem tribus fundatoribus et . . dotatoribus ad laudem diuinam secundum suum posse absque predicti monasterij preiudicio videbitur expedire.

Preterea vt supra eciam nominibus predictis donando ad huiusmodi hospitalis et cappellanie necessitatem et vtilitatem legitime constituimus deputamus et assignamus in monasterio prelibato et in silua seu nemore nostro dicto kitzinger vorst jura et seruitutes infrascriptas: videlicet quod — cum huiusmodj hospitale per ipsos in domo et curia predictis restauratum fundatum dotatum et per loci dyocesanum canonice institutum fuerit — tunc homines in ipso hospitali degentes debeant et perpetuo possint singulis septimanis semel dumtaxat de dicto nemore pro sua necessitate pro foco cum

gitized by Google

quatuor equis ducere vnum plaustrum lignorum de trunco absque precisione qualibet recipiendorum sine dolo seu vara in loco in quo nos solemus per nostram familiam secare pro foco et accipere nostra ligna; jtem quod in eodem nemore possint pascere perpetuo sex vaccas vtiles in pascuis in quibus solent peccora pasci nostra, jta sane quod extunc et non alias exparte ipsius hospitalis nostro . . pastori alteradimidia libra hallensium annis singulis pro precio assignetur.

Jtem in premissis debite est adiectum, quod stillicidia cadencia de predicta domo que Sal dicitur et eciam aliis domibus edificandis pro hospitali et personis suis ibidem necessariis versus curiam abbacie ibidem et monasterium memoratum perpetuo fluere ac cadere debeant versus ipsum monasterium, et non debeant impediri. Et quod possint versus curiam ipsius abbacie fieri fenestre pro cappella huiusmodi hospitalis dumtaxat. Jtem quod . . homines hospitalis huiusmodi habere debeant vnam januam de ipsa domo que Sal dicitur versus dictum monasterium, quam ipsi die vel nocte ad placitum eorum possint claudere ac eciam aperire. Jtem quod riuus fluens per idem monasterium possit duci singulis septimanis saltem per vnam noctem per homines hospitalis ad hospitale huiusmodi secundum necessitatem, prout eis videbitur expedire.

Ad quas omnes et singulas seruitutes per nos vt prenotatur constitutas nos nominibus quibus supra presentibus obligamus.

Pro quibus domo cellario curia et omnibus ac singulis iuribus et seruitutibus prenotatis et in satisfactoriam debitam et condignam reconpensam earundem predicti duo fratres . . fundatores et . . dotatores et quilibet eorum in solidum pro se et suis . . heredibus, saluis eciam nichilominus promocionibus quas ab ipsis . . fundatoribus adhuc cottidie confidenter speramus, promiserunt et debent eciam per fidem cuiuslibet ipsorum duorum . . fratrum nomine iuramenti prestitam super eo ex causa donacionis jnter viuos irreuocabilis et perfecte ac eciam elemosine pie et laudabilis quantocius dare et pagare nobis ac dicto monasterio nostro in pecunia parata quingentas libras hallensium datiuorum pro vna domo in opido Kitzingen edificanda et . . mercatoribus locanda pro certo censu annuo vel

Digitized by Google

alio vsu perpetuo nobis ad nostrum refectorium perpetue ministrando, necnon eciam aliud equebonum cellarium intra septa eiusdem monasterij in reconpensam ipsius monasterij custodie cellarij supradicti quantocius edificare ipsorum laboribus et expensis, necnon eciam efficaciter ordinare alias ducentas libras hallensium quantocius dari et pagari in melioracionem hospitalis eiusdem.

Jnsuper predictus Cůnradus scultetus in Nůremberg premissorum contemplacione nos et nostrum monasterium predictum absoluit et solutas reddidit, et expresse iuri suo renunciauit, nobisque et monasterio memorato remisit pro se et suis heredibus vniuersis, quod non wlt nec debet secare de nemore seu silua nostra predicta ad annos continuos quibus ipse scultetus suique heredes temporalia predicti monasterii retinere debebunt mille jugera lignorum, nec eciam ibidem secare et recipere palos pro nostrarum vitibus vinearum, pro quibus jugeribus lignorum et palis per eum secandis ad huc per eosdem annos estimacio valoris ad mille libras hallensium computari valeret.

Defensio autem temporalis huiusmodi hospitalis ad . . dominos et . . possessores ipsius opidi in Kitzingen presentes et futuros dumtaxat et quemlibet eorum in solidum propter vtilitatem et non ad perniciem ipsius hospitalis perpetuo pertinere debebit. Nullus quoque alius . . dominus pro defensore eiusdem hospitalis recipi seu assumi vllo vnquam tempore siue modo poterit aut debebit.

Cum itaque premissa nobis et monasterio predicto summe vtilia reputemus, promisimus bona fide eciam nominibus quibus supra . . tribus . . fundatoribus et dotatoribus prenotatis pro se et nomine huiusmodi hospitalis et cappellanie et pro ipsis stipulantibus, nos premissa omnia et singula perpetuo grata rata et firma habere ac tenere, et non contrafacere vel venire per nos aliam seu alias personas aliquali causa ingenio studio vel cautela de iure vel de facto cum vel sine iudicio ecclesiastico vel mundano, neque eisdem . . fundatoribus et dotatoribus aut alicui eorum nec ipsi hospitali cum per eos fundatum fuerit et dotatum super domo cellario curia juribus seu seruitutibus premissis suisve pertinenciis litem seu controuersiam mouere nec inferre neque inferenti consentire, nec vllo

Digitized by Google

vnquam tempore seu modo aliquid facere per quod in premissis posset eis aliquod preiudicium generari: sed premissa omnia et singula cum omnibus pertinenciis eis ac eciam ipsi hospitali et cappellanie tam in proprietate quam possessione ab omni persona et vniuersitate seu . . collegio legitime defendere disbrigare auctorizare ac eciam expedire nostris sumptibus et expensis, et ipsos in prescriptis facere pociores; renunciantes expresse nominibus quibus supra excepcioni doli mali, in factum actioni, beneficio in integrum restitucionis, excepcioni non facte reconpense pretacte, et auxilio . . cirumventis quidem vltra dimidiam iuste seu eque estimacionis in premissis quomodolibet competenti, donantes predictis nominibus eis ex certa sciencia irreuocabiliter et perfecte quod res iura et seruitutes premisse nunc valent plus pretacte reconpense valore aut in futurum valebunt. Et generaliter renunciamus nominibus quibus supra omni auxilio iuris canonici et ciuilis aut consuetudinis necnon statutorum prouincialium ac synodalium per quod premissa vel aliquod eorundem possent impugnari vel modo aliquo viciari.

Promisimus eciam nominibus quibus supra per fidem nostram pro nobis et . . succedentibus nobis, quod dictum hospitale cum fundatum fuerit cum cappella aliisque suis pertinenciis vt prefertur non debemus in premissis vel aliquibus aliis attinenciis suis vniuersis vllo vnquam tempore impedire, sed pocius nostris viribus efficaciter et fauorabiliter promouere.

Damus insuper nominibus quibus supra prelibatis . . fundatoribus et . . dotatoribus et cuilibet ipsorum expressam plenam et liberam licenciam potestatem et auctoritatem, se exnunc intromittendi de domo dicta Sal cum suo cellario et curia dicta Spitelhof supradictis, et ibidem statim edificandi et restaurandi fundandi ac dotandi cappellam cum campanili et duabus campanis paruis et cymiterio ac hospitale pro . . debilibus et . . pauperibus colligendis et aliis peragendis que circa diuinum et hospitalitatis officium fuerint opportuna.

Promisimus eciam predictis nominibus per fidem nostram, quod omnia et singula suprascripta, quantocius dominam . . abbatissam habuerimus confirmatam, vna cum eadem domina nostra . . abbatissa premissa omnia et singula ratificare et gratificare debente quantocius

Digitized by Google

velimus innouando ratificare ac eciam approbare, necnon consensu et auctoritate domini nostri episcopi prenotati ordinare redigi in publicam formam sub ipsius domini nostri episcopi et domine . . abbatisse eiusdem ac nostro sigillis melior[i] modo et forma ac stylo iuridico et consueto secundum consilium . . peritorum in jure quod magis firma valeant permanere.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium et euidenciam firmiorem nostri conuentus sigillum ex certa sciencia nostra presentibus est appensum.

Et nos Otto dei gracia episcopus herbipolensis antedictus, euidentem vtilitatem in prescriptis dicti monasterij considerantes, et maxime quia . . fundatores et . . dotatores predicti deo deuoti prefatum monasterium valent suis consiliis et auxiliis eciam amplius vtiliter promouere ac eciam plenius reformare, recognoscimus publice in hiis scriptis omnia et singula prescripta nostri consensu decreto et auctoritate ordinaria ac collaudacione fore incepta et eciam terminata. Jpsaque auctorizando presentibus approbamus. Et damus . . fundatoribus et . . dotatoribus antedictis plenam et liberam potestatem statim incipiendi fundacionem restauracionem et edificacionem huiusmodj cappelle cymiterij et hospitalis, prout superius est expressum. Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, nonis octobris.

Bina quorum mentio facta est sigilla filis sericis coloris rubri et viridis e tribus harum litterarum exemplaribus suspensa in duobus supersunt, sed in tercio illud episcopi abscissum est.

Quod sub num. XXX pag. 71—73 edidimus documentum, necnon quae sub num. XXXIV sequentur litterae, die 30 mensis octobris et die 2 mensis novembris exhibitae, huc conferri poterunt.

Digitized by Google

XXXII.

1344, die 19. octobris.

Wir Ludowig von gotes genaden rômischer keiser ze allen ziten merer des reichs bechennen offenlichen mit disem brief, das wir nach vleizziger bet des erwirdigen Otten bischofs ze Wirtzburg siner vnd sins stiftes stat Meiningen vnd . . den burgern daselben alle die fryheit reht geriht vnd gewonheit geben haben vnd geben auch mit disem brief die vnser vnd des reichs stat Swynfûrt vnd . . die burger da selben von rômischen kvnigen vnd keisern vnsern voruarn herbraht habent.

Vnd dar vber ze vrchunde geben wir in mit vnserm keiserlichen jnsigel versigelten disen brief, der geben ist ze Wirtzburg, an dinstag nach sant Gallen tag, nach Cristes gebûrt drutzehenhundert jare darnach in dem vier vnd viertzigsten iare, jn dem dreizzigosten jare vnsers reichs, vnd in dem sibenzehenden des keisertûms.

Ludovici imperatoris sigillum quod dicunt majestatis, cujus tergo ejus secretum impressum est, filis sericis rubri et viridis colorum ex hoc privilegio suspensum est.

XXXIII.

1344, die 19. octobris.

Aussöhnung des Bischofes Otto und der Geistlichkeit von Wirzburg mit der Stadt.

Jn gotes namen amen.

Wir Otte von gotes gnaden bischoff zu Wirtzburg, vnd wir die burger arm vnd reich gemeinlich da selbs zu Wirtzburg

Digitized by Google

bekennen offenlich an disem brief, daz wir baiderseit anainander vestigclich bei guten trewen gelobt haben, stet ze halten gentzlich on geuerde di rihtigung di di erbern vesten mann° der strenge ritter Burckard von Seckendorf vnd Cunrat der Grozz schultheizz ze Nûrnberg zwischen vns baiderseit durch vnsrer beider willen ainmûtigclichen vnd mit wolbedahtem mût getaidingt vnd gemacht haben. Vnd haben auch vnser baider jnsigel geheizzen hencken an disen brief zu vrchunde der selben rihtigung die von worte zu worte her nach geschriben stet.

Vnd wir vorgnanter Otte bischoff zu Wirtzburg bekennen auch, daz wir versprochen vnd gelobt haben fur vnser pfaffheit vnd alle stifft gemeinclich zu Wirtzburg, daz si die teiding mit vns sullen stet halten on alles geuerd.

Jn gotes namen amen.

Kunt sei allen di ditz vernemen, daz wir Burckard von Seckendorf ritter vnd Cunrat der Grozz schultheizz zu Nurnberg einmûtigclich vnd mit wolbedahtem mût zwischen dem hochwirdigem herren bischof Otten zu Wirtzburg ainseit vnd seinen burgern vnd der stat zu Wirtzburg anderseit ain gantz vnd laûter freuntschaft vnd rihtigung getaidingt vnd gemacht haben vmb alle stôzz vnd aufleûff di zwischen in biz her gewesen seint.

Des ersten, daz die burger vnd die stat zu Wirtzburg gemainlich bekennen, daz der vorgnant herr bischof Otte ir rehter herre sei, wann si im des gehuldet vnd gesworen haben, im als getrew° vnd als gewer ze sein als leût irem rehten herren durch reht sein sullen, vnd seinen schaden warnen vnd seinen frumen werben, vnd seinen furstenlichen gewalt hegen, vnd seine geriht furdern getrew°lich on geuerd.

Vnd er sol auch si her wider schauren vnd schirmen an allen iren rehten getrewlich on geuerd.

Auch bekennen wir di burger zu Wirtzburg, daz wir vnsern genedigen herren den bischof zu Wirtzburg an seiner herrschaft, an seinen gerihten gaistlich

Digitized by Google

vnd werltlichen, vnd auch an dez bischofs rat auf dem sal waz di zu rat werden als von alter her chomen ist mit den di dar zu gehoren, daz man daz von dez bischofs wegen gebieten sol, vnd dar an niht irren sullen mit cheinen sachen noch mit dheinem gebot do von di vorgnant herrschaft oder geriht oder der rat dez bischofs vf dem sal gekrencht mûg werden on geuerd.

Auch sullen die burger bei allen iren rehten freiheiten vnd guten gewonheiten beleiben in der stat als si von alter her chomen sint vnd des si brief haben. Wer aber daz daz man durch frides willen newer straf bedorft an auz gebieten oder an solchen sachen do von fride vnd gemach chomen moht, daz sullen si bringen an den bischof: der sol in dar zu beholfen sein daz daz gerehtigclich volbraht werd on geuerd.

Auch swem ain bischof oder sein lantrihter oder sein schultheizz von seinen wegen gelait gibt zu Wirtzburg, daz sullen die burger stet halten als ez von alter her chomen ist on geuerd.

Ez sol auch der bischof di sehs stiffte vnd di pfaffheit di dorzu gehorent bei allen iren freiheiten rehten vnd guten gewonheiten beleiben als von alter her komen ist.

Also sullen auch di burger vnd die stat zu Wirtzburg gemeinlich bei allen iren freiheiten rehten vnd guten gewonheiten beleiben als auch von alter her chomen ist.

Auch sullen die burger iren herren den bischof furdern vnd niht hindern an seinen rehten an den juden zu Wirtzburg, vnd sullen im auch di juden helfen schauren vnd schirmen on geuerde.

Swer auch burger wirt zu Wirtzburch, der sol hulden vnd sweren dem bischof zu Wirtzburg, vnd im do von fumf schilling haller geben als von alter her chomen ist. Aber man sol nimand zu ainem burger en-

Digitized by Google

pfahen der ain pfaffe ist, oder eigen ist, oder ain vnuerrechenter amptman ist, oder geurteilt oder in der aht ist, on aims bischof laůbe.

Swer auch wil vail haben tůch vf dem hof oder in den gademen an dem marckt, oder leinein tůch vnder kalharten, als daz von alter her chomen ist, daz sullen di bůrger von Wirtzburg gůnnen, vnd niht hindern, on geuerde.

Auch sol man die mazz zu getrayd vnd auch zu koln halten vnd bestellen als daz von alter her chomen ist.

Auch sullen die burger zu Wirtzbůrg des gotzhause[s] dynstleůt, amptleůt, můntzer, smide, stainmitzen, zimmerleůt, půtner, schroter, vnd den fronweger, vnd alle di di gehoren in ains bischofs von Wirtzburg camer vnd hof, vnd auch di von alter dar ein gefreyt sein, vnd auch der stiffte zu Wirtzburg hausgenozzen, amptleůt, dy'ner, vnd auch di vorgnanten alle bei iren freiheiten vnd rehten beleiben lazzen on geuerde als si von alter her chomen sein.

Auch sullen die burger von Wirtzburg alle pfaffen vnd stiffte zu Wirtzburg ir leib ir gůt ir gesinde vnd auch ir getraid lazzen vz vnd in fůren vnd varen zu Wirtzburch vngehindert von iren wegen vnd zu sotaner tagezit daz di stat daran bewart sei vnd cheinen schaden do von neme on geuerd, ez wer danne daz der bischof zu Wirtzburg mit rat der stiffte vnd der burger da selbs ains andern zu rat wurden vmbe daz getraid vz ze furen mit zaichen als daz von alter her chomen ist.

Wir lazzen auch dem bischof, dem stiffte, den burgern, vnd der stat zu Wirtzburg ir brief di si beiderseit haben beleiben vnuerteidingt on den brief vmbe daz getraid vs vnd ein zu furen zu Wirtzburg.

Auch ist gerette vmb die peů. Dez ersten vmbe die zwen tůrn in dem Kůnnbach vnd vmbe den graben auf der Schotten anger, do sullen si an prechen

Digitized by Google

vnd machen als wir si heizzen. Auch sol man alle peů vf den clostern abtůn, on als vil waz vf der clőstermaur gepawen ist daz zu der statmaůr niht gehőrt, daz sullen si lazzen den clőstern, also daz sich des di burger niht an nemen daz ez ir sei.

Auch ob man den clőstern durch ir eigen schedlichen gegraben het in disem vflaůff, daz sol man in ablegen nach zweyer mann^{e} rat als bescheidenlich ist on geuerd. Mohten aber die zwen dar vmbe niht vberain chomen, so sullen wir in den dritten dar zu geben.

Wann^{e} auch die burger zu Wirtzbůrch di stiffte furdern sullen an iren gerihten, als in irr huld stet, so sol man auch der selben gerihte reht nach volgen mit dem gerihte als dann ertailt wirt, on an di stet di des billichen vber haben sullen sein von solchen freiselden di billich vnd von reht besten sullen.

Auch sol vnser vorgnanter herre der bischof, vnd sein pfaffheit zu Wirtzburg, vnd die burger gemeinlich der stat zu Wirtzburg vf dise vorgeschriben rede vnd teiding lauterlich gesůnt sein on all argliste, vnd sol ain lauter gantz^{e} freuntschaft sein vmbe alle di sache di sich biz her vf disen tag vergangen haben, daz si daz furbaz nimmer mer zu vbel gedencken sullen. Vnd sullen anander beholfen vnd geraten sein on allerslaht geuerde, als si ir trewe vestigclich dar vber geben haben.

Vnd daz daz also stet vnd vnzerbrochen beleib, dar vber geben wir in disen brieff, versigelten mit vnsrer beider jnsigeln di wir gehangen haben zu vnsers vorgnanten herren bischofs Otten zu Wirtzburg vnd der burger vnd der stat da selbs jnsigelen di auch dar an hangent.

Der geben ist zu Wirtzbůrg, an dem nehsten eritag nach sand Gallen tag, von Cristes geburt dreutzehen hundert iar vnd in dem vîr vnd vîrtzigstem jar.

Quatuor quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

XXXIV.

1344, die 30. octobris necnon die 2. novembris.

Intra septa coenobii kitzingensis hospitale cum capella ad ipsum pertinente necnon capellania curata instituitur.

1.

Jn nomine domini amen.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis tenore presencium . . perceptoribus recongnoscimus et patefacimus vniuersis, quod dilecti in Christo deuoti et discreti viri Rudgerus et Wolframus dicti Tufele, ciues ciuitatis nostre herbipolensis, germani, de oppido Kitzingen oriundi, desiderabiliter affectantes gracia sibi inspirante diuina temporalia bona pro celestibus conmutare, jn hoc prouide attendendo quod celestis altitudo consilij alta et ineffabili prouidencia cuncta swauiter disponens non absque ordinacione recti judicij quosdam in huius vite transitu habundare quosdam vero rebus temporalibus voluit indigere, vt sic diuites ipsi subueniendo miseris et egentibus adimpleant legem Christi qua iubemur proximos diligere et alter alterius onera supportare, sic quoque merendo facilius diuites adiuti humilibus precibus . . pauperum gaudia assequi valeant sempiterna: o quam salubris siquidem est egenorum subuencio que dum in presenti malo proximis satagit subuenire a malis perpetuis liberari meretur prophete testimonio sic dicentis:

> beatus qui intelligit super egenum et pauperem: jn die mala eum dominus liberabit,

quod et ipsa testatur veritas in Matheo, sic dicens:

> beati misericordes, quoniam et ipsi misericordiam consequentur,

et hoc ipsum idem ewangelista alibi exponit euidencius, sic dicendo:

Digitized by Google

venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitucione mundi. Esuriui enim, et dedistis michi manducare. Sitiui, et dedistis michi bibere. Jnfirmus eram, et visitastis me: nudus, et operuistis me. Peregrinus, et recepistis me. Jn carcere eciam, et visitastis me,

sibi hec fieri asserens dum hec suis minimis — hoc est . . pauperibus et miseris — impenduntur; animaduertentes eciam quod in hospitalitate . . pauperum jnfirmorum hec saluberrima pietatis et misericordie opera ipsi Christo in suis minimis pauperibus vt prefertur deuociori studio adimplentur: jbi enim panis esurienti frangitur, potus sitienti porrigitur, nudus vestitur, jnfirmus consolatur, peregrinus exul et debilis hospitatur et in opportuno cubiculo collocatur, jbi quoque variis angustiati miserijs per curiosam diligentis solercie ac frequentis ministerij sollicitudinem quasi de carcere liberantur; jnsuper eciam attendentes predictum in Kitzingen oppidum nostre ecclesie et dyocesis in magno et cottidiano transitu gencium situatum diuina disponente prouidencia multitudine populi tam jncolarum quam accolarum crebrescente cottidie augmentari propter ipsius loci decenciam oportunam, quapropter eciam hospitalitas ibidem cottidiano indiget incremento; preterea recongnoscendo pensantes quod diuina misericordia que facultates ipsorum temporales graciose satis multipliciter augmentauit hec longeuis temporibus facienda et adimplenda ipsorum conscienciis diuinitus inspirauit, prout ipsi coram nobis fatebantur deuote; propterea ijdem Rudgerus et Wolframus et quilibet eorundem pro se et suis . . heredibus quibuscumque tam presentibus quam futuris sponte et ipsorum mera ac pura liberalitate et gracia, non vi dolo metu seu suggestione siue circumuencione quacumque ad hec inducti, pro suarum et suorum . . progenitorum ac . . successorum necnon . . benefactorum animarum remedio salutari, ac eciam ad diuini cultus augmentum, et ob frequenciam salutiferi ministerij et exercicij pietatis et misericordie operum prefatorum, de auctorizabili assensu et collaudacione nostris, jpsorum proprios fundos bona et allodia redditus atque census infra plene descriptos cum vniuersis et singulis appendiciis

Digitized by Google

juribus et pertinenciis suis quesitis et inquirendis, quibuscumque nominibus censeantur, cum vniuersis eciam et singulis jnstrumentis et litteris que et quas desuper ipsi habent, domino nostro Jesu Christo creatori et saluatori cunctorum et Christi pauperibus qui pro tempore in hospitali deguerint seu fuerint infrascripto ac hospitali eidem jn puram et perpetuam elemosinam fundacionem et dotacionem restaurandi ac instaurandi hospitalis ad instar seu consequenciam prioris antiqui hospitalis, necnon cappelle cum cymiterio pro ibidem . . decumbencium sepultura, ac eciam perpetue prebende congrue et decentis perpetui et ecclesiastici beneficij pro . . sacerdote in huiusmodi hospitalis cappella diuina officia celebrare ac . . jnfirmis ac . . domesticis ipsius hospitalis ecclesiastica sacramenta ministrare debente, jnstituendarum siquidem debite per nos auctoritate ordinaria jn laudem et ob honorificenciam meritoriam cunctipotentis dei et sanctorum Stephani prothomartiris et Laurencij martiris leuitarum ac Anthonij confessoris jntra septa videlicet monasterii . . sanctimonialium ibidem in Kitzingen ordinis sancti Benedicti jn curia eiusdem monasterii ab antiquo Spitelhof nuncupata ac in domo ipsius monasterii que wlgo Sal dicitur jn quantum protenditur ab angulo coquine abbacie ibidem circa eandem coquinam vsque ad plateam publicam versus dictam ciuitatem nostram herbipolensem et a dicta coquina vsque ad capellam sancti Andree apostoli secundum totales ipsarum domus et curie longitudines et latitudines ac circumferencias vt apparet pura quidem perpetua et irreuocabili ac perfecta jnter viuos donacione sub modis formis condicionibus retencionibus et ordinacionibus infratactis ac eciam in huiusmodi hospitalis et cappellanie jnstitucionis et confirmacionis litteris nostris plenius exprimendis meliori quippe modo et forma quibus de iure seu consuetudine potuerunt coram nobis et . . notario publico ac . . testibus infrascriptis, jnterueniente eciam legitime insinuacione nostra judiciaria tam ecclesiastica quam eciam seculari propter excessum et in excessu summe seu excessiuo valore quingentorum aureorum in huiusmodi donacionis bonis secundum juris exigenciam interuenire debente, rite dederunt donauerunt concesserunt tribuerunt et tradiderunt ac eciam assignauerunt, ac

Digitized by Google

,am in hiis scriptis sic donando et tradendo resignant, nobis quo-
e et . . notario publico infrascripto legitime stipulantibus et re-
,ientibus vice et nomine hospitalis et . . pauperum predictorum
pro ipsis omne jus dominij directi et vtilis ac quodlibet aliud jus
,esitum et inquirendum, quocumque nomine censeatur, quod ipsis
. fundatoribus ac . . dotatoribus seu cuiuis eorum in huiusmodj
andis bonis allodiis redditibus atque censibus suisque pertinenciis
supratactis et infra plenius descriptis vel ad ea seu quodlibet eorun-
dem conpetit quouismodo abdicando rite et plene a se ipsis et quo-
uis eorum suisque . . heredibus vniuersis et pro ipsis ore manu et
calamo vt iuris ac moris est sollempniter resignarunt jn proprietatem
et possessionem ac jura huiusmodi hospitalis et . . pauperum, jdem
jus omne donatum abdicatum et resignatum vt prefertur plenissime
et debite transferendo.

Jnsuper ijdem Rudgerus et Wolframus et quiuis eorum pro se et suis . . heredibus quibuscumque nobis quidem et . . notario publico subscripto nomine quo supra stipulantibus et recipientibus, prestita a quouis eorum fide manuali vice et nomine juramenti, debite promiserunt ac promittendo firmiter spoponderunt, dare videlicet pagare et soluere in parata et numerata pecunia quantocius loco et tempore opportunis quadringentas libras hallensium legalium et datiuorum, jn fabricam seu structuram huiusmodj hospitalis et cappelle suarumque continenciarum quantocius debite conuertendas, ac eciam quingentas libras hallensium similium pro vna domo in predicto oppido Kitzingen edificanda eciam quantocius ein kaufhus wlgariter nuncupanda et . . mercatoribus locanda pro certo censu annuo vel alio perpetuo vsu vtili . . sanctimonialibus monasterij ibidem in Kiczingen predicti ad ipsarum refectorium ibidem perpetue ministrando, necnon eciam officio custodie eiusdem monasterij intra ipsius septa vbi melius videbitur expedire aliud cellarium equebonum sicut est et fuit eiusdem officij cellarium sub predicta domo Sal situm et predicto hospitali deputatum iampridem absque quouis dampno officij et monasterij eorundem sed ipsorum duorum . . fundatorum scilicet Rudgeri et Wolframi laboribus et expensis quantocius edificare seu construi facere cum effectu jn recon-

Digitized by Google

pensam siquidem quorumlibet preiudiciorum seu dampnorum et interesse si qua fuerint eiusdem monasterij in premissis debitam et condignam.

Preterea ijdem duo . . fundatores vt supra spondendo beniuole promiserunt, se quidem communiter velle et debere dare pagare et soluere quantocius septingentas libras hallensium legalium et datiuorum jn fabricam seu structuram ac melioracionem hospitalis eiusdem.

Retinuerunt tamen ijdem . . fundatores sibi ipsis et pro tempore vite eorum dumtaxat plenam et liberam potestatem legitime ac legalis aministracionis temporalium bonorum et jurium hospitalis predicti, pro possibilitate tamen eorum omnium et singulorum substancia semper salua nichilominus remanere debente.

Jnsuper quoque ipsi duo . . fundatores et quiuis eorum pro se et suis . . heredibus vniuersis nobis quidem et subscripto . . notario publico quo supranomine stipulantibus [promiserunt], de huiusmodj hospitalis et cappelle fundacionis et dotacionis bonis pereos vt prefertur donatis omnibus et singulis supratactis et infra plenius descriptis gwarandiam seu caucionem dictam wlgariter werschaft facere secundum iuris canonici et ciuilis exigenciam et terre Frankonie consuetudinem fieri debitam et consuetam, necnon premissa et subscripta omnia et singula perpetue grata rata et firma habere ac tenere, et non contrafacere vel venire per se alium seu alios qualicumque causa ingenio studio vel cautela de iure aut de facto cum vel sine iudicio ecclesiastico vel mundano, neque huiusmodi hospitali vel . . pauperibus aut alicui eorum nomine directe vel indirecte verbo vel facto publice aut occulte super eisdem bonis suisue pertinenciis ac iuribus coniunctim vel diuisim exnunc vel inantea litem seu controuersiam mouere nec inferre, neque . . inferenti consentire, nec sic aut alias vllo vnquam tempore siue modo quidquam facere per quod in premissis posset eis aliquod preiudicium generari, sed huiusmodj bona omnia et singula cum suis pertinenciis et juribus vniuersis hospitali et . . pauperibus supradictis tam in proprietate quam in possessione ab omni persona et vniuersitate seu collegio legitime disbrigare defendere auctorizare ac eciam expedire

Digitized by Google

ipsorum laboribus et expensis, et in eisdem bonis . . hospitale et . . pauperes eosdem facere pociores, renunciantes conmuniter et singulariter sollempniter ac expresse omni juri dicenti contractum racione doli mali metus vel decepcionis cuiuslibet nullum esse vel rescindi aut viciari seu annullari posse siue debere, ac juribus dicentibus donacionem ex causa jngratitudinis vel alia quauiscumque reuocari posse, eciam donacionem vltra quingentos aureos absque legitima insinuacione iudicis non valere, volentes propterea ac eciam ordinantes omnia et singula superius tam pie quam misericorditer ac laudabiliter domino Jesu Christo eiusque . . pauperibus et hospitali predictis donata et collata si necesse fuerit in tot particulares donaciones diuidi et distingui quod nulla earum summam aureorum quingentorum excedat, cum tamen et si pretactam insinuacionem nostram desuper minus rite seu legitime factam exnunc vel inantea quomodolibet doceretur, quod absit, et nichilominus omni alii juri tam scripto canonico et ciuili quam nonscripto consuetudinario, necnon statutis synodalibus seu episcopalibus ac prouincialibus seu metropolitanis et municipalibus, ac priuilegio seu priuilegiis concessis seu concedendis, et racioni cuicumque juris vel facti per que seu quas aduersus predicta vel subscripta aut aliquod eorundem possent conmuniter vel separatim quomodolibet jn judicio vel extra facere vel venire, ac eciam specialiter juri dicenti generalem renunciacionem non valere, volentes insuper ac eciam ordinantes quod presentes renunciaciones generales proinde valeant ac si omnes casus juris canonici et ciuilis statutorum et consuetudinum essent in eisdem specialiter expressati.

Bona autem vt prefertur donata et in dyocesi nostra herbipolensi situata sunt hec, et vt sequitur describuntur. Primo allodium cum suis pertinenciis situm in villa Westheim et eius marchia prope Bibelriet, ex vna parte cum allodio prepositure ecclesie nostre herbipolensis et ex altera cum cymiterio inibi confinatum, soluens singulis annis jntra duo festa assumpcionis et natiuitatis beate Marie virginis viginti sex maldra siliginis et nouem maldra auene mensure oppidi in Kitzingen, necnon duos pullos in festo natiuitatis domini, et duos pullos in carnispriuio annuatin. Jtem

Digitized by Google

pensam siquidem quorumlibet preiudiciorum seu dampnorum et interesse si qua fuerint eiusdem monasterij in premissis debitam et condignam.

Preterea ijdem duo . . fundatores vt supra spondendo beniuole promiserunt, se quidem communiter velle et debere dare pagare et soluere quantocius septingentas libras hallensium legalium et datiuorum jn fabricam seu structuram ac melioracionem hospitalis eiusdem.

Retinuerunt tamen ijdem . . fundatores sibi ipsis et pro tempore vite eorum dumtaxat plenam et liberam potestatem legitime ac legalis aministracionis temporalium bonorum et jurium hospitalis predicti, pro possibilitate tamen eorum omnium et singulorum substancia semper salua nichilominus remanere debente.

Jnsuper quoque ipsi duo . . fundatores et quiuis eorum pro se et suis . . heredibus vniuersis nobis quidem et subscripto . . notario publico quo supranomine stipulantibus [promiserunt], de huiusmodj hospitalis et cappelle fundacionis et dotacionis bonis pereos vt prefertur donatis omnibus et singulis supratactis et infra plenius descriptis gwarandiam seu caucionem dictam wlgariter werschaft facere secundum iuris canonici et ciuilis exigenciam et terre Frankonie consuetudinem fieri debitam et consuetam, necnon premissa et subscripta omnia et singula perpetue grata rata et firma habere ac tenere, et non contrafacere vel venire per se alium seu alios qualicumque causa ingenio studio vel cautela de iure aut de facto cum vel sine iudicio ecclesiastico vel mundano, neque huiusmodi hospitali vel . . pauperibus aut alicui eorum nomine directe vel indirecte verbo vel facto publice aut occulte super eisdem bonis suisue pertinenciis ac iuribus coniunctim vel diuisim exnunc vel inantea litem seu controuersiam mouere nec inferre, neque . . inferenti consentire, nec sic aut alias vllo vnquam tempore siue modo quidquam facere per quod in premissis posset eis aliquod preiudicium generari, sed huiusmodj bona omnia et singula cum suis pertinenciis et juribus vniuersis hospitali et . . pauperibus supradictis tam in proprietate quam in possessione ab omni persona et vniuersitate seu collegio legitime disbrigare defendere auctorizare ac eciam expedire

Digitized by

ipsorum laboribus et expensis, et in eisdem bonis . . hospitale et . . pauperes eosdem facere pociores, renunciantes communiter et singulariter sollempniter ac expresse omni juri dicenti contractum racione doli mali metus vel decepcionis cuiuslibet nullum esse vel rescindi aut viciari seu annullari posse siue debere ac juribus dicentibus donacionem ex causa jngratitudinis vel alia quacumque revocari posse, eciam donacionem vltra quingentos aureos absque legitima insinuacione iudicis non valere, volentes preterea ac eciam ordinantes omnia et singula superius tam pie quam misericorditer ac laudabiliter domino Jesu Christo eiusque pauperibus et hospitali predictis donata et collata si necesse fuerit a tot particulares donaciones diuidi et distingui quod nulla earum summam aureorum quingentorum excedat, cum tamen et si preterea jnsinuacionem nostram desuper minus rite seu legitime factam extunc vel jnantea quomodolibet doceretur, quod absit, et nichilominus omni alii juri tam scripto canonico et ciuili quam nonscripto consuetudinario, necnon statutis synodalibus seu episcopalibus ac prouincialibus seu metropolitanis et municipalibus, ac priuilegio seu priuilegiis concessis seu concedendis, et racioni cuicumque juris vel facti per que seu quas aduersus predicta vel subscripta aut aliquod eorundem possent conmuniter vel separatim quomodolibet jn judicio vel extra facere vel venire, ac eciam specialiter juri dicenti generalem renunciacionem non valere, volentes insuper ac eciam ordinantes quod presentes renunciaciones generales proinde valeant ac si omnes casus juris canonici et ciuilis statutorum et consuetudinum essent in eisdem specialiter expressati.

Bona autem vt prefertur donata et in dyocesi nostra herbipolensi situata sunt hec, et vt sequitur describuntur. Primo allodium cum suis pertinenciis situm in villa Westheim et eius marchia prope Bibelriet, ex vna parte cum allodio prepositure ecclesie nostre herbipolensis et ex altera cum cymiterio inibi confinatum, soluens singulis annis jntra duo festa assumpcionis et natiuitatis beate Marie virginis viginti sex maldra siliginis et nouem maldra auene mensure oppidi in Kitzingen, necnon duos pullos in festo natiuitatis dom[illegible] et duos pullos in carnisprinio annuatim. Item

curia sita in villa Gyselheim prope Gnotstat cum suis pertinenciis ibidem et in marchia eiusdem ville, cum nobilis Ludwici de Hohenloch ab vna ab alia vero parte cum Cunradi dicti Fussezze prediis siue bonis conterminata, quam quidem curiam Heinricus dictus Gullichshein pro se et . . heredibus suis colit possidet siue tenet pro annuis redditibus viginti maldrorum siliginis bone et trium maldrorum tritici et octo maldrorum auene mensure in Augea jntra duo festa predicta, necnon quatuor pullorum in natiuitate Christi, et vnius ventris agnini in festo pasche vel pro eo vnius solidi denariorum herbipolensium annis singulis persoluendos. Jtem bona wlgariter dicta wûstûnge, que quondam fuerunt due ville et marchie: quarum vna dicta Reinhardswinden, cui ab vna marchia ville Tampsdorf ab alia vero parte marchia ville Valkenstein confinant, cum et de suis pertinenciis soluit annuatim nouem libras hallensium et decem et octo solidos hallensium pro media parte in festo beate Walpurgis et pro alia media cum quinque libris cere et duobus pullis in festo sancti Martini; secunda vero wustûnge dicta Hutsmor, cum marchia inferioris ville Swabach ab vna ab alia vero parte cum marchia ville Steinsuelt confinata, cum et de suis juribus et pertinenciis soluit annis singulis decem et septem libras hallensium et decem solidos hallensium in iamdictis festis, et quinque pullos carnispriuiales. Jtem ibidem prope sita tria nemora parua siluestria, continencia vltra trecenta jugera, quorum vnum dicitur frawenholtz, alterum vero brîsingsloech, sed tercium in loco ob wunnawe situm wlgariter nuncupantur. Jtem vna huba olim existens Heinrici de Holtzhusen janitoris camere nostre sita in inferiori Swabach cum suis pertinenciis soluit annuatim in festo sancti Martini duas librarum hallensium, et sex modios mensure in Hasefurt intra duo festa beate Marie virginis antedicta. Jtem redditus decem et octo librarum hallensium, maioribus et minoribus redditibus et censibus insimul conputatis, annuatim in dictis festis beate Walpurgis et sancti Martini prouenientes de bonis sitis in villa Kirchschonbach et in villa dicta zu Geruthe prope Bynebach descriptis, et descripti plenius in litteris contractus empcionis super eo con-

Digitized by Google

fectis. Jtem in villa Brunne prope Stadelswarzach et eius marchia vna huba cum suis pertinenciis, quam colit et inhabitat Arnoldus villanus ibidem, soluens annuatim septem maldra siliginis tria maldra auene mensure in Swarzach jntra dicta festa beate Marie virginis, necnon septuaginta denarios herbipolenses jn festo beati Martini, duos pullos in natali domini, et quinquaginta oua in festo pasche. Jtem annui redditus ac census duarum cum dimidia librarum hallensium in festo beati Martini et vnius pulli carnispriuialis jn villa Gernech et eius marchia de certis area agris et pratis olim emptis ab . . armigero dicto Brisinger, quam quos et que colit et tenet . . dictus Brune. Jtem eciam trans pontem in Kitzingen in loco O'twingshusen vna area cum suis pertinenciis, dicta Eckhards hofreit, soluens annuatim predicto monasterio viginti denarios herbipolenses nomine census.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum et subscriptorum testimonium perpetuum atque robur mandauimus ad preces predictorum Rudgeri et Wolframi huiusmodj jnstrumentum seu litteras per . . subscriptum . . notarium publicum super hiis confici seu conscribi, nostrique sigilli appensione muniri.

Porro nos Rudgerus et Wolframus dicti Tufel, de sepedicto oppido in Kitzingen oriundi, germani, ciues herbipolenses, modo per dei graciam corporum sanitate et animorum discrecione gaudentes, recongnoscendo sponte et libere eciam sub hiis scriptis debite et publice profitemur, quod nos ambo conmuniter ac eciam quiuis nostrum specialiter et vnanimiter zelo deuocionis nobis diuinitus inspirate jn laudem et cultum diuini numinis et ob honorificenciam sanctorum Stephani Laurencij et Anthonij prefatorum ac eciam propter exercicium meritorij ministerij hospitalitatis et aliorum piorum operum misericordie in hospitali in Kitzingen predicto pro salute animarum nostrarum et . . predecessorum ab olim chocheredum . . successorum et . . benefactorum nostrorum vniuersa et singula bona nostra superius descripta cum suis juribus et pertinenciis vniuersis quesitis et inquirendis eciam vna cum jnstrumentis et litteris omnibus et singulis per nos habitis super ipsis jn fundacionem et dotacionem ac restauratiuam instau-

Digitized by Google

racionem hospitalis sueque cappellanie suarumque continenciarum de de quibus et vt prefertur tytulo perpetue elemosine ac donacionis inter viuos perpetue irreuocabilis et perfecte coram reuerendo in Christo patre ac domino nostro gracioso domino Ottone episcopo herbipolensi prefato, jnterueniente quidem a nobis insinuacione legitima vt prefertur de jure debita in hac parte, ac eciam . . notario publico et testibus infrascriptis rite publice et sollempniter donauimus tradidimus assignauimus spopondimus promisimus et renunciauimus, aliaque omnia et singula premissa de nobis scripta debite fecimus per omnia vt prefertur, ad perpetuam eorundem omnium et singulorum obseruanciam inconuulsam per fidem nostram a nobis ambobus manualiter prestitam vice et nomine juramenti. jnteruenientibus quidem stipulacionibus, aliisque premissis per omnia vt premittitur gestis, nos quidem et nostros . . heredes ac . . successores presentes et futuros firmiter et debite astringendo obligauimus ac eciam presentibus obligamus. Preterea recongnoscimus per presentes, quod defensio temporalis hospitalis predicti ad . . dominos et possessores predicti in Kitzingen oppidi presentes et futuros dumtaxat et quemlibet eorum in solidum propter vtilitatem et non ad perniciem ipsius hospitalis perpetuo pertinere debebit. Jn cuius rei testimonium huiusmodi litterarum jnstrumentum eciam plurificatum ad mandatum et sub appensione sigilli prefati domini . . episcopi per subscriptum . . notarium publicum conscribi et publicari petiuimus et obtinuimus, ac eciam nostrum . . amborum sigillum vnicum et commune coappendimus huiusmodi jnstrumento.

Acta sunt hec per omnia vt prefertur anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, jndictione XII^ma^, pontificatus vero sanctissimi in Christo patris et dominj Clementis digna dei prouidencia pape VI^ti^ anno tercio, mensis octobris die tricesima, circa horam vesperarum, in castro montis beate virginis super ciuitate herbipolensi sito, jn superiori aula lapidee noue domus; presentibus venerabili in Christo patre domino Sifrido abbate monasterij sancti Burchardi extra muros herbipolenses ordinis sancti Benedicti; et honestis viris magistro Michaele de Herbipolj prefati domini . . episcopi prothonotario canonico noui monasterij herbipolensis, Eme-

Digitized by Google

ramo de Gerstungen rectore ecclesie parrochialis in Burgsynne herbipolensis dyocesis, Johanne dicto Goldrun vicario et succentore in ecclesia herbipolensi, Nycolao de Hohsteten, sacerdotibus; et Cunrado dicto Beyer ciue herbipolensi, ac aliis quampluribus fidedignis personis, ad premissa specialiter vocatis pro testibus et rogatis.

Et ego Cunradus dictus Schalhase de Augusta, publicus jmperiali auctoritate notarius, quia in huiusmodi hospitalis et cappelle suarumque attinenciarum fundacionem et dotacionem sub jnsinuacione judiciaria jnter viuos donacionibus concessionibus tribucionibus assignacionibus et resignacionibus a sepefatis Rudgero et Wolframo de bonis suis predescriptis suisque . . juribus et pertinenciis vniuersis, stipulacionibus et recepcionibus eciam per me nomine quo supra factis, abdicacionibus resignacionibus translacionibus promissionibus et sponsionibus . . fideidacionibus nomine iuramenti retencionibus renunciacionibus ordinacionibus aliisque premissis per omnia ut prefertur peractis anno jndictione pontificatu mense die hora atque loco predictis vnacum testibus prelibatis presens interfui, eaque sic vidi fieri et audiui, jdeo hoc presens publicum jnstrumentum super premissis de mandato prefati domini . . episcopi et ad requisicionem Rudgeri et Wolframi predictorum fideliter propria manu scripsi, et in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito consignaui, desuper requisitus.

Bina quorum mentio facta est sigilla filis sericis coloris rubri et viridis ex utroque harum litterarum exemplari suspensa sunt.

2.

Jn nomine domini amen.

Otto dei gracia episcopus herbipolensis ad certitudinem presencium et memoriam futurorum.

Digitized by Google

Bone rei dare consultum seu patrocinium et presentis vite subsidium optinere et eterne remuneracionis premium cernitur expectare, vt sacer canon testatur.

Quia igitur certi fundi allodia bona redditus atque census sufficientes seu congrue competentes ad piam laudabilem et meritoriam fundacionem ac dotacionem restaurandi hospitalis solempnis cum cappella cimiterio et prebenda congrua . . cappellani ibidem aliisque continenciis seu pertinenciis suis debitis et consuetis jn locis videlicet ad hoc eciam ab antiquo congruis atque aptis der Sal° et Spitelhof wlgariter nuncupatis simul sitis ad jnstar seu consequenciam veteris hospitalis ibidem jntra septa monasterij . . sanctimonialium ordinis sancti Benedicti in Kytzingen oppidi nostre ecclesie et dyocesis in cottidiano transitu multarum gencium situati et diuina fauente clemencia multitudine . . populi tam . . jncolarum quam . . accolarum cottidie crebrescentis propter ipsius loci situs et transitus suarumque circumferenciarum aptitudinem et decenciam oportunas exposcentes equidem meritorij ministerij huiusmodi hospitalitatis et aliorum piorum operum misericordie exercitandorum ibidem congruum et assiduum incrementum pro officiosa et salubri recepcione et sustentacione . . egenorum seu . . pauperum egrotancium et . . peregrinancium ac . . exulancium . . transeunciumque ibidem jn laudem omnipotentis dei ac cultum diuini numinis et ob honorem beatorum Stephani prothomartiris Laurencij martiris leuitarum et Anthonij confessoris a dilectis in Christo deuotis Conrado dicto der Grozz° sculteto in Nûrenberk, Rûdgero et Wolframo fratribus de dicto oppido Kitzingen oriundis dictis Tûfel, ciuibus nostris herbipolensibus, zelo quidem pietatis ac deuocionis feruore temporalia in spiritualia terrenaque in celestia feliciter conmutare desiderabiliter affectantibus, diuina sibi gracia suffragante, pro suarum et . . progenitorum . . successorum et . . benefactorum suorum animarum remedio salutari sub tytulo donacionis inter viuos libere et legitime irreuocabilis ac perfecte jampridem rite debite publice ac solempniter donati assignati et deputati existunt, prout in jnstrumentis seu litteris inde confectis auttenticis plenius continetur, et vt eciam alias legitime nobis constat,

Digitized by Google

nos itaque ex debito nostri officij pastoralis, deum habentes pre oculis, et diuini cultus et piorum operum predictorum exercicium et augmentum meritorium debitum et condignum in nostro episcopatu diuina pietate fouente nostris temporibus durabiliter augeri eciam peramplius cupientes, necnon huiusmodi hospitalis et cappellanie suarumque pertinenciarum fundacionem et dotacionem ac restauracionem ratas gratas atque firmas habentes ac in domino collaudantes, ad supplicacionem dictorum trium . . fundatorum et . . dotatorum humilem et instantem, et de assensu ac collaudacione tocius . . capituli . . conuentus predicti monasterij ac omnium et singularum personarum quarum in hac parte de jure dinoscitur interesse, huiusmodi hospitale canonice benedicendum, et cappellam — campanile quidem cum duabus paruis campanis dumtaxat et cimiterium pro ibidem . . moriencium sepultura optinere debentem — in prescriptis locis consecrandam ob honorem dei et prefatorum trium . . sanctorum, necnon perpetuum et sacerdotale beneficium ecclesiasticum et vt subsequitur curatum ac congrue prebendatum jn nomine patris et filij et spiritus sancti auctoritate nostra ordinaria fauorabiliter et canonice jnstituimus jntitulamus auctorizamus, emunitatibus quoque libertatibus prerogatiuis priuilegiis et juribus aliorum hospitalium ecclesiasticorum institutorum et confirmatorum canonice dotamus libertamus priuilegiamus sublimamus approbamus ac eciam presentibus confirmamus, perpetuis quidem temporibus fouente domino duratura, ordinando prouide ac irreuocabiliter statuentes quod huiusmodi hospitale et cappella eiusque . . cappellanus pro tempore existens jntra septa sepedicti monasterij consistentes sicut et ipsum monasterium et alie eius cappelle suique . . cappellani intra eadem septa et ad instar seu consequenciam eorundem debitam et condignam ab obediencia et subiectione . . archidiaconi et . . plebani dicti in Kytzingen oppidi sint ac debeant esse prorsus exempti: sed nobis et . . successoribus nostris . . episcopis herbipolensibus dumtaxat inmediate subiecti esse ac remanere debebunt.

Juspatronatus quoque huiusmodi hospitalis cappelle seu juspresentandi loci . . dyocesano ydoneum . . sacerdotem secularem dumtaxat ad eandem cappellam, cum et quociens eam vacare con-

Digitized by Google

tigerit, jnfra tempus trimestre ab huiusmodi vacacionis tempore conputandum ad prefatos tres . . fundatores et dotatores eciam valentes et debentes idem hospitale presertim in temporalibus libere et legaliter gubernare pro tempore vite eorum dumtaxat, post mortem vero eorundem . . trium ad . . abbatissam prefati monasterij pro tempore existentem perpetuo pertinere debebit, videlicet tali modo dumtaxat quod ipsa . . abbatissa vt patrona ipsius cappelle ad eam, cum et quociens vacauerit, ydoneum presbiterum secularem dumtaxat et non alium clericum ordinis inferioris jbidem intra septa eiusdem hospitalis continue absque vara seu fraude cum domicilio personaliter residere debentem pro cappellano infra dictum tempus trimestre loci . . dyocesano debite presentare debebit: alioquin eodem trimestri elapso huiusmodi . . sacerdotis cappellani prouisio ad ipsum loci . . dyocesanum ea vice tantummodo pertinebit.

Jdem autem . . cappellanus qui pro tempore fuerit, de regimine spiritualium cappelle et de cura animarum jnfirmorum decumbencium et familiarium domesticorum ipsius hospitalis ab eodem loci . . dyocesano canonice jnuestitus, eisdem ibidem sacramenta ecclesiastica ministrare, jpsorumque . . defunctorum corpora ibidem ecclesiastice tradere sepulture licite poterit et debebit. Quilibet quoque . . cappellanus huiusmodi hospitalis cappellam in diuinorum officiis et horis debitis et consuetis deuote ac solempniter officiare, ac eciam vna cum . . cappellanis ipsius monasterij processionibus et festiuis diuinorum solempniis ibidem debitis et solitis interesse tenetur, jta tamen quod missa ipsius hospitalis post missam . . cappellani ipsarum . . sanctimonialium et ante summam missam ibidem cottidie celebretur.

Missarum vero conparaciones et alie oblaciones et elemosine ac eciam legata quomodocumque in hospitali seu cappella vel ad hospitale ibidem obuenerint quandocumque ad vsus . . pauperum et hospitalis huiusmodi cedere seu conuerti debebunt. Sed in huiusmodi reconpensam . . cappellanus dictarum . . sanctimonialium pretactus pro tempore existens curatus seu gerens curam animarum ibidem vnam libram hallensium in festo beati Martini et vnum maldrum siliginis in festo natiuitatis virginis gloriose annis singulis ab

Digitized by Google

ipso hospitali habere perpetuo absque qualibet contradictione seu protactione debebit. Quecumque autem legata donata seu alias deputata in bonis jnmobilibus vel mobilibus seu se mouentibus aut in peccunia ipsius hospitalis cappelle seu cappellanie seu eius . . cappellani persone vt cappellano seu intuitu cappellanie ibidem propter deum facta fuerint vndecumque, tunc duas partes eorundem ipsum hospitale, terciam vero ipsorum . . cappellanus et cappellania ibidem ad suos vsus habebunt.

Quilibet autem huiusmodi hospitalis . . cappellanus pro tempore existens loci . . dyocesano, quamprimum ab eo vt predicitur fuerit jnuestitus, indilate promittere et jurare tenetur, quod ipse absque omni vara seu fraude sit et maneat fidelis et vtilis publice et occulte ipsi hospitali in premissis et aliis suis negociis quibuscumque.

Preterea gubernacionem et regimen ipsius hospitalis in temporalibus suis disponendo prouide taliter ordinamus, quod post mortem predictorum trium . . fundatorum et dotatorum . . abbatissa predicti monasterij pro tempore existens, cum et quociens vacauerit gubernacio et magistratus hospitalis eiusdem, tunc ad preficiendum . . gubernatorem seu . . magistrum ibidem sub debito obediencie et consciencie sue duas . . conuentuales eiusdem monasterij de senioribus fidedignas, necnon jurati . . oppidani in Kitzingen de juratis ibidem . . oppidanis duos . . ydoneos super juramento ipsorum deputare absque mora debebunt. Que quidem quatuor persone necnon . . cappellanus ipsius hospitalis cappelle pro tempore existens, aut saltem maior numero pars earundem quinque . . personarum si omnes nequiuerint concordare, plenam et liberam habere debent potestatem, vice et nomine . . abbatisse et monasterij ibidem, omni dolo fauore odio et timore penitus postergatis, jnfra quindenam a tempore vacacionis magistratus hospitalis eiusdem inmediate sequentem eligere et assumere ac preficere . . virum discretum et in temporalibus circumspectum, non vxoratum, nec vinculo professionis seu religionis aut condicioni seruili aut raciocinio vel alias preiudicialiter seu dampnose alij vel aliis . . personis seu locis presertim extraneis obligatum, nisi ipse quinque electrices . . persone pretacte concorditer pro euidente ipsius hospitalis vtilitate

Digitized by Google

aliud in hac parte decreuerint faciendum, jn . . magistrum seu magistralem . . gubernatorem temporalium hospitalis eiusdem, quem ipse eligentes . . persone bona fide et consciencia crediderint vtiliorem hospitali eidem. Qui quidem . . magister pro tempore existens ante jnchoacionem amministracionis sue ipsi . . abbatisse coram . . conuentu ibidem, coastantibus eciam . . cappellano ipsius hospitalis et juratis . . oppidanis predictis, solempniter promittere ac jurare debebit, quod ipse absque omni fraude seu vara huiusmodi hospitalis bona fructus redditus census et prouentus quoslibet aministrando fideliter et legaliter colligat conseruet et dispenset oportunis locis temporibus et . . personis pro ipsius hospitalis dumtaxat necessitate vrgente ac euidente vtilitate swadente, vtilia prouide faciendo et inutilia pretermittendo solerter, nec vllam personam ad ipsum hospitale recipere vel receptam ibidem diucius retinere nisi elemosina et hospitalitate indigere euidenter noscatur, et nisi eciam eadem indigens persona ab ingressu ipsius hospitalis infra primum triduum peccata sua . . cappellano ibidem studeat confiteri deuote, ac eciam de consilio ipsius . . confessoris eukaristie sacramentum percipere vel abstinere ab eo. Ac eciam ipse . . magister de huiusmodi perceptis et distributis ac redditibus vtilitatibus et obuencionibus vniuersis et singulis ipsius hospitalis sine vara seu fraude annis singulis circa festum purificacionis beate Marie virginis ac eciam pluries prout suis . . superioribus videbitur expedire coram quinque . . personis prefatis vice et nomine . . abbatisse et monasterij ibidem et pro ipsis audire et recipere debentibus plenariam reddere racionem, necnon tempore huiusmodi racionis conputi quinque solidos denariorum herbipolensium intra ipsas quinque personas equaliter distribuere inprotracte debet esse astrictus. Et si eedem quinque . . persone, vel saltem maior pars earum, ipsum . . magistrum in premissis vel aliquo premissorum fraudulentum inutilem vel neglientem aut racionem debitam non reddentem aut alias notabiliter reprehensibilem seu culpabilem fuisse seu fore legitimis inuenerint documentis, tunc ipsum eciam in quacumque parte anni ab huiusmodi magistratus regimine prorsus et protinus cum effectu remouere seu facere remoueri obinde, nichilominus debite puniendum,

Digitized by Google

et subinde infra quindenam tunc proximam potestate vice et nomine quibus supra alium vt superius descriptum bonum et vtilem subrogando debite preficere secundum suas consciencias poterunt vtique et debebunt.

Huiusmodi autem hospitalis . . jnfirmorum et aliorum . . hospitandorum ibidem numerus pro modo facultatum suarum per tempora augeri minuique debebit, prouiso tamen vtique et cauendo quod nulla sana persona eciam pro peccunia vel alia vtilitate quantacumque aut causa seu occasione alia qualicumque directe vel indirecte aut alias vllo vmquam tempore jn vel de hospitali eodem quomodolibet prebendetur.

Magister quoque hospitalis eiusdem inter recipiendas ibidem debiles et pauperes . . personas pocius et pre ceteris de familia dictarum . . sanctimonialium benignius recipere in eodem hospitali tenetur.

Preterea deffensio temporalis huiusmodi hospitalis ad . . dominos et . . possessores ipsius oppidi in Kytzingen presentes et futuros dumtaxat et quemlibet eorum insolidum perpetuo pertinere debebit.

Demum omnia et singula premissa canonice ordinata ab vniuersis et singulis personis quarum in hac parte interest seu intererit infuturum durabiliter et inuiolabiliter obseruari jn virtute sancte obediencie ac sub pena anathematis et amissionis hulde ac gracie nostre ac successorum nostrorum . . episcoporum herbipolensium pro tempore existencium hoc statuto jrrefragabili districtissime precipimus et sanccimus.

Per premissa tamen non intendimus, sub hiis scriptis desuper protestando, juribus episcopalibus in premissis exnunc vel inantea vllatenus derogari, sed salua jura eadem remanere debere.

Jn cuius rei testimonium perpetuum atque robur hoc scriptum nostri sigilli appensione jussimus roborari.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, IIII° nonas nouembris, pontificatus nostri anno vndecimo.

Digitized by Google

Singula Ottonis episcopi sigilla, quorum alterius tergo ejus secretum impressum est, filis sericis coloris rubri et viridis ex utroque harum litterarum exemplari suspensa sunt.

Quae supra sub num. XXX et XXXI pag. 71—80 edidimus documenta, die 6 necnon die 7 mensis octobris exhibita, huc conferre poteris.

XXXV.

1344, die 6. novembris.

Ecclesiae herbipolensis capitulum de praepositurae amministratione statuit.

Jn nomine domini amen.

Nos Albertus prepositus, Eberhardus decanus, totumque . . capitulum ecclesie herbipolensis ad rei memoriam sempiternam.

Prouide attendentes incomoditates dampna et dispendia que hactenus ecclesia nostra sustinuit in amministracione prepositorum qui pro tempore exstiterunt, qui nobis fructus obuenciones uel prouentus a prepositura ipsa solitos deriuari vel non plene, uel non suis temporibus ministrarunt, et in futurum quantum possibile fuerit precauere volentes, statuimus volumus et ordinamus.

Jn primis vt . . prepositus qui pro tempore fuerit post adeptam prepositure possessionem infra vnum mensem quatuor . . fratres capituli in fideiussores seu obsides ipsi capitulo constituat, qui se ad faciendum ipsius . . prepositi nomine infrascripta firmiter obligabunt. Hanc quoque fideiussorum seu obsidum constitucionem . . prepositus annis singulis tenebitur renouare.

Jtem statuimus et ordinamus, vt . . prepositus qui pro tempore fuerit officia prepositure non conferat nisi presente . . cellerario et duobus de capitulo quos sibi . . capitulum singulis annis ad hoc deputauerit, jta quod de ipsorum consilio officia ipsa locare debeat et taxare secundum temporis qualitatem.

Digitized by Google

Preterea statuimus et ordinamus, vt . . prepositus quolibet anno tempore vindemiarum ordinet et procuret quod . . scriptor prepositure ac omnes . . seruitores ipsius in torculari nostro dicto tempore seruientes cellerario nostro qui pro tempore fuerit ac vni de fratribus nostri capituli quem ad id capitulum duxerit deputandum de vino in eodem torculari pro vtilitate . . canonicorum nostrorum fideliter conseruando prestent sub pena infrascripta corporaliter juramentum.

Volumus eciam statuimus et ordinamus, vt in autumpno septuaginta duas carratas vini iuxta morem antiquum in cellario dominorum nostrorum uel alibi prout [cum] capitulo vel cum hijs quos sibi capitul um deputabit deliberauerit sine diminucione qualibet reponi faciat et recondi. Quod quidem vinum non vndecumque colligatur, sed de monte dicto Stein, Schalperg, Lindech, Munchberg, Kirchbuhel, Crambuhel, Oberstensant, et partem de vineto quod per ciues colitur dominos contingentem, et vinum de Jselstat et de Sawensheim quod vron dicitur, et alias vbi melius creuerit, et Gras. Que summa vini si ante festum beati Martini nobis tradita non fuerit et in potestate nostra reposita, prepositus qui pro tempore fuerit subeat penam infrascriptam, videlicet quod — jn crastino Martini monitus per . . decanum, uel decano absente per seniorem de capitulo qui presens fuerit; qui si negligentes per vnum diem in monicione huiusmodj fuerint, extunc per duos fratres . . capituli quoscumque monitus — in locum suum quatuor fratres capituli pretacti suo nomine jn claustro nostro cum suspensione prebendarum suarum eadem die monicionis absque contradictione qualibet se recipere tenebuntur. Qui si in recepcione quatuordecim dierum spacio steterint, extunc . . prepositus ipse a uoce capituli exclusus cum suspensa prebenda in ipso claustro se recipiet cum eisdem, inde non exituri donec defectus vini vt predicitur per omnia suppleatur.

Jtem arbitramur et statuimus, vt — si . . prepositus qui pro tempore fuerit panem ab ipso ministrari consuetum per dies octo continue vel successiue numerandos non ministrauerit — extunc . . prepositus, nona die monitus ut premittitur, penam subeat suprascriptam.

Digitized by Google

Jnsuper statuimus et ordinamus, vt denarios septimanales, losungas, et officiorum nobis suis temporibus ministrari procuret. Si autem hec negliens fuerit, et in eo per quatuordecim dies persteterit a die qua ipsos denarios dare debuerat, monitus vt prius, penam subeat preexpressam.

Jtem statuimus et ordinamus, vt denarij maiores, videlicet quindecim solidi jn festo penthecostes dandi qui dicuntur haber pfenninge et watschar, et quindecim solidi jn epiphania, suis diuidantur temporibus. Quod si . . prepositus post quodlibet festum per mensem vnum negliens fuerit, monitus ut supra, penam subeat suprascriptam.

Jtem statuimus et ordinamus, vt tres solidi denariorum qui carnales dicuntur ante festum natiuitatis dominj diuidantur. Alioquin, jn crastino circumcisionis monitus ut supra, penam subeat preexpressam.

Jtem statuimus et ordinamus, ut de quinque maldris in messibus dari consuetis ante festum Michahelis, et de septem maldris auene ante festum Martini, et quatuor maldris jn die palmarum dandis ante quasimodogeniti singulis canonicis satisfaciat. Alioquin post quemlibet terminorum premissorum monitus vt premissum est, penam subeat memoratam.

Jtem statuimus et ordinamus, vt — si . . prepositus existens pro tempore per duorum mensium spacium extra ciuitatem et dyocesim herbipolensem se absentare voluerit — prius duos fratres de capitulo nostro in fideiussores seu obsides ipsi capitulo constituat, qui per juramentum super hec per eos corporaliter . . capitulo prestandum ad faciendum vice et nomine . . prepositi ea que in premissis casibus ipse, monitus ut premittitur, facere personaliter tenebatur se usque ad ipsius . . prepositi ad ciuitatem uel dyocesim herbipolensem reditum astringere ac obligare debebunt.

Jtem statuimus volumus et ordinamus, ut prepositus qui pro tempore fuerit feoda que probstlehen dicuntur si vacare contingerint non alijs quam canonicis nostris conferat, et si qua extra ecclesiam nostram collata sunt reformet. Nec eciam dicta feoda, dum ea vacare contingerit, ultra vnum mensem — a tempore noticie

Digitized by Google

vacacionis huiusmodj numerandum — canonicis ut premittitur sub pena prescripta conferre differat: ac fructus seu prouentus de feudis predictis . . prepositus sibi vacacionis ipsorum tempore non vsurpet.

Jtem statuimus et ordinamus, ut prepositus maiora officia, videlicet magistri moncium cellerarij et magistri coquine, si ea uel eorum aliquod vacare contingerit, sine voluntate capituli tocius conferat vllo modo.

Statuimus insuper et ordinamus, ut . . prepositus bona jurisdictiones et jura ipsius prepositure, eciam cum pacto reempcionis eorundem, uel alio modo quocumque, sub pena sepedicta non vendat, uel aliquo titulo alienet, nisi de nostri capituli voluntate id processerit et consensu: sed eadem bona jurisdictiones et jura perdita seu neglecta pro suo posse recuperet, ac conseruata manuteneat et defendat. Fructus eciam seu prouentus prepositure . . prepositus vltra quatuor annorum spacium sub pena sepius repetita non vendat, locet, uel obliget quouismodo.

Jtem statuimus et ordinamus, ut . . prepositus qui pro tempore fuerit in restauracionem ac melioracionem edificiorum castri Frankenberg, quod preuetustate in magna sui parte dirutum fore dinoscitur, quadraginta libras hallensium singulis annis expendat tamdiu quousque capitulo visum fuerit expedire.

Jtem statuimus et ordinamus, ut . . prepositus possessorem seu possessores vinearum infrascriptarum, scilicet quatuor jugerum super montem Schalberg, jtem duorum cum dimidio jugerum in loco dicto jn der Rympurer steyge, jtem trium jugerum in loco dicto an dem Lindech in dem Mittelnslag, jtem quinque jugerum in loco dicto an dem Krawenbuhel versus Lindech sitorum, ad oblaciones capituli spectancium, super decimis vini earundem vinearum in iudicio vel extra iudicium de cetero non molestet.

Adicimus eciam, vt omnes et singuli de capitulo sub fideidacione et obediencie debito firmiter repromittent, vt si quis eorum in prepositum electus fuerit vniuersa predicta et singula sub fidei puritate attendere debeat et seruare. Quicumque vero — siue de . . capitulo siue extra capitulum — in . . prepositum per capitulum electus,

Digitized by Google

aut per sedem apostolicam seu eiusdem sedis auctoritate ad ipsam prepositurам promotus fuerit, ad aministracionem eiusdem prepositure nullatenus admittatur, nisi prius in persona propria prestiterit juramentum vt vniuersa premissa attendere debeat et seruare, nec contra venire vllo vmquam studio ingenio uel cautela, ewangelijs vel sacrosanctis corporaliter eciam a se tactis.

Hanc tamen graciam .. preposito qui pro tempore fuerit dignum duximus faciendam, ut si forte tempus sterilitatis hostilitatis vel grandinis magne ingrueret, ita ut notorie et euidenter appareat .. prepositum nostrum de rebus prepositure sine suo dispendio grauissimo et iactura obuenciones omnes a prepositura solitas deriuari omnino ministrare non posse, ipso petente duo sibi de capitulo deputentur, qui coram .. capitulo juramentum solempne prestare debeant ut defectus huiusmodj solerter indagando sollicite inquirant et discuciant diligenter, et postpositis omnino gracia odio uel fauore si sic esse repererint graciam sibi vice capituli facere possint per quam .. prepositus ipse releuetur, et confratres eorum in assecucione obuencionum prebendarum suarum enormiter non ledantur.

Vt autem hec omnia et singula permaneant illibata, presentem paginam nostri sigillo capituli fecimus roborari.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, sabbato post festum omnium sanctorum.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex hoc documento suspensum magnam partem decidit.

XXXVI.

1344, die 10. novembris.

Otto episcopus voluntatem suam et consensum ad indulgentias capellae novae Herbipoli in honore beatae Mariae virginis fundatae die 24 mensis novembris anni 1343 concessas, quarum in monumentorum boicorum collect. novae vol. XIII sub num. CCXL

Digitized by Google

pag. 533 et 534 mentionem fecimus, adhibet, nihilominus quoque omnibus christiani nominis professoribus vere poenitentibus et confessis qui earundem indulgentiarum quomodolibet participes fuerint seu capaces, de omnipotentis dei misericordia, beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, necnon pretiosorum martyrum Kyliani sociorumque eius, ecclesiae herbipolensis patronorum, meritis et auctoritate confisus, etiam quadraginta dies indulgentiarum injunctae ipsis poenitentiae misericorditer in domino relaxat.

Scripta Herbipoli, anno domini millesimo CCC. XLimo quarto, IIII jdus novembris, pontificatus anno undecimo.

Ottonis episcopi sigillum filis sericis coloris rubri et viridis e documento cujus mentionem fecimus suspensum jam abscissum est.

XXXVII.

1344, die 20. novembris.

Otto episcopus patefacit universis, honorabiles viros . . decanum . . scolasticum . . cantorem et . . thesaurarium seu . . custodem ecclesiae collegiatae in Onolspach dioecesis herbipolensis conjunctim et divisim de jure fore jurisdictionis apostolicae sive delegatae sive subdelegatae capaces, necnon posse hujusmodi jurisdictionem in herbipolensi civitate vel dioecesi praesertim ubi copia . . peritorum secundum juris exigentiam haberi commode potest debite exercere, necnon eorum mandatis processibus et sententiis rite habitis ac habendis ibidem obedire omnes et singulas personas maxime quas id tangit prout jus exigit in praemissis debere.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC°XLimo quarto, XII° kalendas decembris.

Ottonis episcopi sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum magnam partem periit.

Digitized by

XXXVIII.

1344, die 23. decembris.

Heinrich von Sternberk wie Fritz und Hanns von Wenkeim erklären die ihnen auf der Feste Branberk und den Dörfern Gozmansdorf und Ostheim versicherten achthalbhundert Pfund Häller in der betreffenden Hauptverpfändungssumme von 2377 Pfund inbegriffen.

Wir Heinrich von Sternberk ritter, Fritz vnd Hanns von Wenkeim gebrûder edel knehte, hern Johanns selgen von Wenkeim ritters sûn, veryehen vnd bekennen fûr vns vnd alle vnser erben öffenlichen an disem brief, daz die achthalphundert pfunt haller die wir haben vf der vesten Branberk vnd vf den zwein dörfern Gozmansdorf vnd Ostheim da by gelegen, darûber wir vnsers hochwirdigen gnedigen herren byschof Otten vnd sins capitels dez styftz ze Wirtzburk brief vnd jnsigel inne haben, gehören vnd begriffen sin sûllen in den zweytusent pfunden drûhundert pfunden vnd siben vnd sybentzik pfunden haller der satzung vber die vorgenanten vesten vnd dörfer, als vns darûber sider her vnser vorgenanter herre byschof Otte sinen brief mit sinem eynigen hangenden jnsigel verinsigelt gegeben hat.

Vnd swenn* der ietzgenant vnser herre byschof Otte oder sin . .* nachkomen bischöffe oder daz capitel in dem selben reht dez styfts ze Wirtzburk vns oder vnsern erben oder . . nachkomen an der obgnanten vesten vnd dörfern die vorgenanten summe der zweytusent pfunt drûhundert pfunt vnd siben vnd sybentzik pfunt haller gar vnd gentzlich bezalt vnd gewert haben, so sûllen die selben brief die wir haben vmb die achthalphundert pfunt haller als vorgeschriben stet danne fûrbazzer kein maht mer haben, vnd sûllen auch dann wir oder vnser erben die selben brief dem obgnanten vnserm herren dem byschof oder sinen nachkomen vnd

Digitized by Google

dem stift ze Wirtzburk widergeben vnd entwûrten ane alle widerred vnd vertziehen.

Vnd hierûber zû eim gezûknûz vnd waren vrkûnde haben wir die vorgenanten Heinrich, Fritz vnd Hanns vnsere jnsigel gehenkt an disen brief, der geben ist an dem nehsten donrstag vor dem jarstage, do man zalt nach Crists gebûrth drûtzehenhundert jare vnd in dem vier vnd viertzigsten jare.

Tria quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento — quod regesta boica VIII pag. 29 diei 31 mensis decembris tribuunt — suspensa integra sunt.

Jn cedula membranacea his litteris affixa quae sequentur scripta sunt:

Notandum, quod Heinricus de Sternberg miles, et Fridricus et Johannes de Wenkein fratres armigeri habent litteras ab episcopo dupplicatas super MM CCC et LXXVII libris hallensium.

Habent eciam litteram, sigillis episcopi et capituli sigillatam, super septingentis et L libris hallensium.

Que omnes littere tempore solucionis debent repeti ab eisdem.

Est eciam notandum, quod eedem septingente et L libre hallensium sunt incluse in predicta summa, videlicet in MM. CCC. et LXXVII. libris hallensium Et de hoc eciam habetur recognicio eorundem.

XXXIX.

1345, die 7. januarii.

Heinrich Albrecht und Dietrich von Frankenstein verzichten auf ihre Ansprüche gegen das Hochstift, und bleiben dessen Dienst- und Burgmänner zu Meiningen.

Jn gotes namen amen.

Wir Heinrich Albreht vnd Dyetrich von Frankenstein bekennen vnd tûn kunt offenlich an disem brief allen den

Digitized by Google

die in sehen lesen oder hôren lesen, daz wir vnd vnser ieglicher mit wolbedahtem mût vnd gûtem rât fûr vns vnd alle vnser . . erben vnbetwungenlich lûterlich vnd gentzlich rehtlich vnd redlich verzigen haben vnd verzihen vns auch mit disem brief aller ansprach vnd vordrung wie die gnant sint die wir mit ein ander oder besunder hetten oder gehaben môhten biz vf disen hûtigen tak wider den hochwirdigen vnsern gnedigen herren byschof Otten vnd sinen stift ze Wirtzburk.

Wir soln auch one geuerde alle brief die wir vber die vorgnant ansprach haben oder gehaben mohten dem selben vnserm herren byschof vnd sim stift widergeben. Vnd soln auch die selben brief furbazer tot sin vnd keinerley maht haben.

Auch soln wir des selben vnsers herren vnd sins stifts getriwe burkman ze Meyningen vnd auch dyener sin vnd bliben, vnd sin vnd sins stifts frumen werben vnd schaden warnen, als . . burkman vnd dyener irem herren durch reht tûn soln, als wir auch alle im vnd sim stift hierûber gehuldt vnd gesworn haben.

Des ze eim gezûknûsse sin vnser dryer jnsigel gekenket an disen brief, der geben ist do man zalt nach Cristes geburt drûtzehenhundert jar vnd darnach in dem funf vnd vierzigesten jar, am nehsten frytak nach dem ôbersten tak.

Tria quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa integra sunt.

XL.

1345, die 24. februarii.

Berchtold Morder zu Gebesedeln und Pfarrer Heinrich von Münster bekunden als das Gebiet des Landgerichts Rothenburg für Acht Anleite und nützliche Gewere den Umfang des Fürstbistums Wirzburg.

1.

Jch Berhtolt Morder genant gesezzen zv Gebesedeln

vergihe vnd tůn kůnt offenlich an disem brief allen luten, vnd sage vnd bekenne auch vf minen eyt, daz mir wol wizzent vnd kůnt ist als ich gedencken mag by funftzig jaren vnd sicher, daz man alle zit gerihtet hat vf dem lantgerihte zv Rotenburch mit der oht, mit anleit, vnd mit nůtzlicher gewere als wȳt daz bistům zv Wirtzburg get.

Vnd han auch daz gesehen vnd gehort, vnd han auch selbe offte do selbes vf dem lantgerihte geclaget, vnd wort vnd vrteyl gesprochen mit rittern vnd mit půrgern vnd erbern luten die do zv gagen worn.

Vnd des zv vrkunde der worheit gibe ich disen brief, versigelt mit mime jnsigel.

Der brief wart geben von Cristes gebůrte drutzehenhůndert jare vnd in dem fůnften vnd viertzigesten jare, an sant Walpurg abunde.

S[igillum] BERHTOLDI DiCti MORDER fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum integrum est.

De eadem re etiam „Syfrit von Bartenstein ritter, des rychs dinstmann“ die sanctae Walburgis litteras exhibuit.

2.

Jch Heinrich etswenne pfarrer zu Můnster vergihe vnd tůn kůnt offenlichen mit disem brife, daz mir kůntliche vnd wizzentliche ist, vnd ez auch gesehen vnd gehort han by kůnig Adolfes seilgen ziten vnd sietmols als verre ich gedencken mag, daz man allezit mit anleit vnd mit oht gerihtet hat vf dem lantgeriht ze Rotenbůrch als daz bistům zv Wirtzbůrch get.

Vnd han auch daz sehen vnd gehort by mines vater seilgen ziten der da selbes wort vnd vrteil vf dem gerihte sprach da ich gegenwertig vnd offte by waz.

Vnd des zu vrkůnde der warheit vnd zu gezugnůsse bekenne ich vnd sage daz vngeuerlich vf min priesterlich ampmet, vnd gibe auch disen brif dar vber, versigelt mit mime eygin jnsigel, der

Digitized by Google

geben ist von Cristes gebůrt drůtzenhundert jar vnd in dem funf vnd fierzigestem jare, an sant Walpurg obůnde.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

Ejusdem tenoris litterae eodem die ab Alberto ecclesiae in Steinach parocho datae, sed saeculo quinto decimo scriptae, exstant.

XLI.

1345, die 3. martii.

Ritter Hermann von Bernheim thut dasselbe.

Jch Herman von Bernheim ritter tůn kůnt offenlich an disem brife allen lůten vnd vergihe offenlich vnd sage vf minen eyt, daz mir wizzent vnd kůnt ist, daz man zu Rotenburg vf dem lantgerihte allezit gerihtet hat mit oht vnd mit der anleite als wyte daz bystůme get zu Wirtzeburch.

Vnd daz waz auch by minen ziten da ich rihter da waz by kůnig Albrehten vnd by keyser Heinrichen.

Vnd gibe auch des zv vrkůnde der warheit vnd zv gezugnůsse disen brif, versigelten mit mime jnsigele.

Der brif wart geben an donderstage vor mittevasten, von Cristes gebůrt drůtzehenhůndert jar vnd dornoch in dem funfvnd-vierzigestem jare.

S[igillum] HERMAnNI DE BERNHEIm fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

De eadem re litteras exhibuerunt: Waltherus Cuchinmeister de Nortenberg miles die 7 mensis martii, Conradus de Tanne miles die 8 mensis martii, Engelhardus dictus de Wisentpach de Obenhusen armiger die 24 mensis martii.

Digitized by Google

XLII.

1345, die 7. martii.

Das Hochstift verkauft unter dem Vorbehalte des Wiederkaufes an die Vormundschaft des Fritz Wolfskel und seiner künftigen Gattin Elsebet eine jährliche Gilt von 100 Pfund Häller aus der Bete und den Gefällen des Amtes Klingenberk.

Jn gotes namen amen.

Wir Otte von gots genaden byschof zů Wirzeburk bekennen vnd tůn kůnt öffenlich an disem briefe allen den dẙ in sehen lesen oder horen lesen, daz wir mit gunst willen vnde worte des gemeynen . . capitels vnsers stiftes zů Wirzebůrk recht vnd redelich verkauft haben vnd geben zekauffe an disem brief den vesten bescheyden mannen Johansen von Heytingsfelt ritter ze Brozzoltzheim vnd Heinrich von Reinstein ze Trỳmperk, vnsern amptmannen, als vormunden vnde pflegern Fritzen, Wỳpprechts Wolfskeln ritters vnsers brůder seligen suns, vnd Elsebeten, des vorgenanten Heinrichs tochter, dẙ dem vorgenanten Fritzen gemahelt vnd zů sim elichen wib gesworn ist, von der selben . . kinde vnd irr . . erben wegen vnd in zů erplichem nůtze dye vorgenanten Johans vnde Heinrich als ir vormůnde von vns vnd vnserm bischtum recht vnde redelich gekauft haben hůndert pfunt jerlicher genger vnde geber haller gůlt vff vnd von vnsern vnd vnsers bischtůms ierlicher bete in vnserm ampt zů Klingenberk vnd vf allen andern vnsern nůtzen vnd geuellen da selbes, alle iar ze sant Mertins tak zů geben zů reychen vnd zů entwerten der vorgenanten . . kinde . . vormunden, oder in selber swenne sy zů irn tagen kůmen, oder irn . . erben. Vnd diser kauf ist geschehen vmb tusent pfunt heller genger vnde geber, der wir von den vorgenanten . . vormůnden vnd von der selben . . kinde wegen gar vnd gentzlich bezalt sin, vnde dẙ wir auch

Digitized by Google

in vnsern vnd vnsers stifts kůntlichen nůtz gentzlich gewendt vnde gekert haben.

Ez sol auch ein ieglich . . kelner oder pfleger vnsers byschtůms in dem selben ampt zů Klingenberk den vorgenanten Fritzen vnd Elsebethen oder irn . . pflegern vnd . . erben by sinen trůwen an eides stat geloben, vnuerzogenlich vnd vor allen lůten vnd vor allen dingen in zu geben vnde zu reychen alle jar vffe sant Mertins tak dy vorgeschriben hůndert pfund heller gůlt.

Auch můgen wir oder vnser nachkůmen . . byschof zů Wirzebůrk, oder swenn nicht byschofs da were daz vorgenant capitel, oder ein oder mer persone des selben . . capitels in dem selben recht die vorgenanten gůlt wyder keuffen mit ein ander vmb daz vorgenante kaufgelt, tusent pfunt heller genger vnde geber, vmb die vorgenanten Fritzen vnd Elsebeten, oder ire . . vormunde, oder . . erben, swelhes jars man sie wider keuffen wil, vffe sant Peters tak der da vellet vmb dy vasnacht, virzehentage da vor oder virzehentage darnach. Wůrde aber der widerkauf verzogen, vnd geschehe darnach, so soylt dann ie die vorgenante hundert pfunt gůlt des selben jars darnach zů sant Mertins tak den selben Fritzen vnd Elsebeten oder iren . . erben gentzlich geuallen.

Wer auch daz die selben Fritz vnd Elsebeth oder ir . . erben der tůsent pfunt haller nötlich bedorften vnd haben můsten, so sůllen sy vns oder vnsern . . nachkůmen . . byschofen zů Wirzebůrk oder dem vorgenanten . . capitel ob niht byschofes dann da were ein halp jar vor dem vorgenanten sant Peters tak kůnt tůn: vnd sol dann vff den selben sant Peters tak, virzehentage da vor oder virzehentage darnach, als vorgeschriben stet, der vorgenanten gůlte widerkauf vmb tusent pfunt heller genger vnd geber ie geschehen vnuerzogenlich vnd one schaden der selben Fritzen vnd Elsebeten vnd ir . . erben. Wenne auch dirr widerkauf geschehen sol, so sol man dy vorgenanten Fritzen vnd Elsebeten, oder ire . . vormunden, oder ir . . erben der vorgeschriben tusent pfunt haller genger vnde geber gentzlich wern vnde betzaln in der stat zů Wirzeburk oder in vier miln darůmb swo sye wollen.

Wir sprechen auch vnde geloben für vns vnser nachkůmen . .

Digitized by Google

byschof vnde vnsern stift ze Wirzebůrk, daz wir alle vnd auch swenne nicht byschofes da ist daz . . capitel vnd sin . . vormund vnde . . pfleger des selben stifts sůllen fůrdern vnde helfen vnd nicht hindern one geuerde dy vorgenanten Fritzen vnd Elsebeten vnd ir . . vormunde . . pfleger vnd . . erben an den vorgenanten hundert pfunt haller gůlt in alle jar ze geben vnd zů reichen vff sant Mertins tak als vorgeschriben stet. vnd auch an der selben gůlt widerkauf vf dy vorgenanten zit, ab sie ez bedorfen werden als vorgeschriben stet, vnd auch hie wider nicht zekůmen noch zetůn mit gericht geystlich oder werltlich oder ane gerichte, mit worten oder mit werken, vnd dise rede alle stete ze halten gentzlich vnde lůterlich on allerslacht geuerde.

Vnde des zů einer bestetegunk vnd zů vrkůnde haben wir in geben disen brief, mit vnserm jnsigel versigelt.

Wir auch Albrecht von Hohenloch tůmpropst, Eberhart von Ryedern tůmtechant, vnd daz gemeyne . . capitel des vorgenanten stifts ze Wirzebůrk bekennen auch offenlich an disem brief, daz dirr kauf vnd alle vorgeschriben dinge mit vnser aller gunst willen vnd wort recht vnd redelich geschehen vnd zu gangen sin. Vnde des ze eim gezůknisse ist vnsers . . capitels jnsigel auch gehenget an disem brief.

Der geben ist zů Wirzeburk, do man zalte nach Cristes gebůrt drizehenhundert jar darnach in dem fůnf vnde virzegisten jare, am nehesten mentage vor sant Gregorien tak.

Duo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

Jnsertum est etiam litteris de hac re reversalibus a Johanne de Heytingsfelt et Henrico de Reynstein eodem die exhibitis eorumque sigillis fasciis membranaceis inde suspensis munitis, quae ut sequetur incipiunt:

Jn gotes namen amen.

Wir Johans von Heytingsfelt ritter, vnd Heinrich von Reynstein amptman ze Trimperk, vormůnd vnd pfleger Fritzen Wolfskeln vnd Elsbeten siner gemaheln vnd im gesworner zu

Digitized by Google

einer elichen wirtin, tohter min Heinrichs des vorgenanten, bekennen vnd tůn kunt offenlich an disem brief, daz wir die wil wir der selben . . kinde vormůnde sin, vnd auch swelch nach vns ir vormůnde vnd pfleger werden, vnd auch die selben Fritz vnd Elsbeth swenn sie zu iren tagen kumen, vnd auch ir . . erben soln gentzlich stet halten waz von vns vnd jn geschriben stet in den hernach geschriben briefen des kaufs hundert pfunt jerlicher haller gůlt im ampt ze Klingenberk.

Vnd des zu eim gezůknůsse haben wir beide vnser jnsigel gehenket an disen brief.

XLIII.

1345, die 11. martii.

Der Wundarzt Meister Konrat von Wimpfen zu Wirzburg tritt für bestimmte Naturalbezüge in hochstiftische Dienste.

Jn gots namen amen.

Jch Cunrad wundartzat von Wimpfen, ze Wirtzeburg gesezzen, bekenne offenlich an disem briefe vnd tun kunt allen den die in sehen lesen oder horen, daz ich mich verbunden han vnd verbinde an disem briefe gen dem hochwirdigen minem gnedigen herren byschof Otten vnd sim styft ze Wirtzeburg oder wan niht byschofs da were den vormunden des selben styfts þiz an einen eynmutigen herren des itzgnanten styfts aller der stucke vnd artykel als verre si mich an treffen můgen in aller der wise vnd in allen den bunden als her nach an dem brief stet, der von worte ze worte also geschriben ist.

Wir Otte von gots gnaden byschof ze Wirtzeburg bekennen vnd tun kunt offenlich an disem briefe allen den die in sehen lesen oder horen, daz wir an gesehen haben den getrůwen nůtzbern dinst die der bescheiden meyster Cunrad wundartzt von Wimpfen, ze Wirtzeburg gesezzen, vns vnd vnserm styft getan hat vnd auch furbazzer tůn sol.

Digitized by Google

Vnd wan auch er by vns vnd vnserm styft bliben wil, vnd vns vnd den vnsern mit siner kunst gewarten vnd dînen wil vnd sol getruwelichen, wenn vnd wa ez vns vnd . . den vnsern not geschiht, ez si in herferten in reysen oder suzt dar zu wir vnd vnser styft sin bedurfen on geuerde, vnd er sich auch des gen vns versprochen hat daz er sich niendert anderswa verherren sulle on° unser laube willen vnd worte, wan auch niht byschofs were ze Wirzeburg, so wil vnd sol der vorgnant meyster Cunrad mit sinen reten vnd kunst gewarten vnd beholfen sin getruwelich dem . . capitel oder sinen . . vormunden des vorgnanten vnsers styfts ze Wirtzeburg biz an einen einmûtigen herren ze Wirtzeburg, dem er danne auch als vns gewarten vnd dînen sol. Dar nach sol er auch des vorgnanten capitels canoniken vor andern .. luten gewarten vnd beholfen sin, vnd suln auch si darumb gen im tûn als zitelich vnd billich ist. Dar vmb so han wir im zû sim libe allein vnd im zû eim lipgedinge auch mit gunst willen vnd worte des gemeinen capitels vnsers styfts ze Wirtzeburg gelihen vnd liben an disem briefe zw° hube in dem dorfe ze Zulichshein gelegen, der eine heizzet Heinrich Kelners hube, die itz inne hat vnd bûwet Cuntz Ludewig, vnd giltet sehs malter korns vnd sehs malter habern vnd zwei hûnre; die andern hube heizzet Cûnrad Beyers hube, vnd giltet auch sehs malter korns vnd sehs malter habern vnd zwei hûnre, vnd da vf sitzet vnd bûwet Herman Jsenhut; die selben zw° hube jm ze haben vnd ze niezzen die wil vnd er lebt mit allem dem nutze als wirs vnd vnser styft biz her gehabt vnd genozzen haben. Vnd dar zû han wir auch dem selben meyster Cunrad vmb sin vorgnant dînst auch zu sim libe allein gelihen ein fuder wingelts vf vnserm teyle in der Schotenawe, in dem herbest jm daz jerlichen da von ze geben vnd ze reichen on allerslaht widerrede on geuerde.

Digitized by Google

Vnd hieruber zů eim vrkunde han wir dem vorgenanten meyster Cůnrad geheizzen disen brief versigeln mit vnserm jnsigel daz dar an hanget.

Wir auch Eberhard von Riedern techand, vnd daz capitel gemeinlich des vorgnanten styfts ze Wirtzeburg bekennen auch, daz dise vorbeschriben dinge mit vnsrer gunst willen vnd worte geschehen vnd zůgegangen sin. Vnd dar vber auch zů gezugnisse vnd merr sicherheit han wir geheizzen vnsers capitels jnsigel henken an disen brief.

Der geben ist ze Wirtzeburg, da man zalt nach Cristes geburthe drucehenhundert jar in dem fůnf vnd vierzigstem jare, an dem fritag vor sant Gregorien tag.

Vnd dar vber zů eim gezugnisse vnd waren vrkunde han ich der obgnant Cůnrad gebeten den erbern herren den .. official des gerichts zů der Rotentůr ze Wirtzeburg, daz er des selben gerihtes jnsigel hat gehangen an disen brief. Vnder dem selben jnsigel bekenne vnd verbinde ich mich vnd versprich mich vnd fur min . . erben wenn ich niht enwere, daz danne die vorgnanten gůt vnd gulte gar vnd gentzlich dem vorgnanten mim herren byschof Otten vnd sim styft ze Wirtzeburg sol ledig vnd los sin.

Vnd wir der .. official zů der Rotentur ze Wirtzeburg, der vorbnant, bekennen, daz wir durch bete willen des obgnanten meyster Cunrad zů eim woren vrkunde aller dirr vorbeschriben dinge vnsers vorgnanten gerihts jnsigel haben gehangen an disen brief, der geben ist jn dem jare vnd an dem tag als vor beschriben ist.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris — quas regesta boica vol. VIII pag. 39 diei 22 mensis aprilis tribuunt — suspensum est.

Manus coaeva exteriori harum litterarum parti inscripsit: Reuersa Conradi cyrologi herbipolensis super duabus hubis in Zulichsheim post suum obitum reuertendis.

Digitized by Google

XLIV.

1345, die 11. martii.

Das Hochstift verkauft unter dem Vorbehalte des Wiederkaufes dem Heinrich von Reinstein den Zoll zu Jphoven um fünfthalbhundert Pfund Häller.

Jn gotes namen amen.

Jch Heinrich von Reinstein ertzprister im stift zů Wirzebůrk bekenne vnd tun kůnt offenlich an disem brief, daz ich von dem selben stift zů Wirzebůrk sinen zol ze Jphouen recht vnd redelich kauft han, vnd ich auch vnd min erben vnd swem ich den selben zol an libe oder an tode beschcide oder gibe soln stet vntzerbrochenlichen halten swaz geschriben stat in den selben kauf briefe die von wort ze wort her nach geschriben sten.

Vnd des zů eim gezůgnisse ist min jnsigel gehenket an disen brief.

Vnd ditz ist von wort ze wort abschrift der briefe des kaufs von dem vorgeschriben stet.

Jn gotes namen amen.

Wir Otte von gots gnaden byschof ze Wirzeburk bekennen vnd tůn kůnt offenlichen an disem brief, daz wir mit gůnst willen vnd wort des gemeinen . . capitels vnsers stiftz ze Wirzeburk dem ersamen manne Heinrich von Reynstein ertzprister in dem selben stifte vnd sinen . . erben oder swem er disen her nach geschriben zol an libe oder an tod gibt oder bescheit vmb fumfthalp hundert pfůnt haller genger vnde geber, der wir von im an bezaltem gelt gentzlichen vnd gar gewert sin, vnde dý auch alle in vnsern vnd vnsers stiftz kůntlichen nůtz gewendt vnde gekert sin, als her

Digitized by Google

gemeinclichen dez vorgenanten stifftes zu Wirtzeburg bekennen vnd tun kunt offenlich an disem briefe, daz die vorgeschriben dinge alle mit vnserre gunst willen vnd worte reht vnd redelich zu gangen vnd geschehen sin. Vnd dez zu gezugnisse ist vnsers capitels jnsigel auch gehangen an disen brief.

Der geben wart do man zalte von Cristes geburte drutzehenhundert jare vnd darnach in dem funften vnd viertzigestem jare, an dem nehsten vrietage nach vnserre frawen tage wurtzewihe.

Utriusque Lupoldi Coquinariorum de Nortenberg sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

LXVII.

1345, die 3. septembris.

Ecclesiae herbipolensis capitulum articulos quosdam ab eo qui episcopus eligatur observandos jurisjurandi vinculo statuit.

Jn dei nomine amen.

Nos Albertus de Hohenloch prepositus, Eberhardus de Riedern decanus, totumque . . capitulum ac omnes et singuli de capitulo ecclesie herbipolensis tenore presencium . . perceptoribus recognoscimus et patefacimus vniuersis, quod nos — matura deliberacione prehabita, omnium nostrum interueniente consensu vnanimi — ad precauendam seu tollendam omnem dissensionis materiam ac pro bono et tranquillo statu dicte ecclesie in capite et in membris jurauimus singuli nostrum solempniter tactis ewangelijs sacrosanctis, ac eciam per modum forme jurate statuimus in hijs scriptis, jnfrascriptos articulos nos ut subiungitur inuiolabiliter obseruaturos ac obseruare debere, jta videlicet vt — si quis ex nobis in presenti seu quacumque alia futura vacacione sedis nostre epi-

Digitized by Google

scopalis assumptus fuerit concedente domino in ipsius ecclesie herbipolensis . . episcopum et pastorem — eosdem articulos infrascriptos inuiolabiliter et efficaciter absque dolo fraude et vara quibuslibet vtique obseruabit, nec contra eorum seu alicuius ipsorum articulorum obseruanciam in toto uel in parte dispensacionem priuilegium graciam seu indultum a quibuscumque . . superioribus per se alium uel alios publice uel occulte vnquam aliquo tempore inpetrabit seu inpetrari ordinabit, nec inpetratis seu inpetrandis ab alijs quibuscumque directe uel indirecte publice uel occulte in iudicio uel extra quomodolibet vtetur, seu eadem uel aliquid eorundem pretendat, neque aliter ut predicitur contraueniat uel faciat vllo vnquam tempore aliquo ingenio studio uel cautela.

Jurauimus eciam et per modum predictum, vt si quis ex nobis in . . episcopum herbipolensem assumptus fuerit, quantocius per capitulum nostrum predictum seu pro parte . . capituli uel eciam per quemcumque de capitulo nostro fuerit desuper requisitus, recognoscat publice suis patentibus litteris suo sigillo sigillatis, et se in eisdem litteris eciam suo juramento firmiter irrefragabiliter ac fideliter obligabit ad omnium et singulorum articulorum infrascriptorum obseruanciam inuiolabilem et fidelem.

Hij vero sunt articuli de quibus predicitur per herbipolensem . . episcopum obseruandi.

Episcopus herbipolensis ecclesiam suam herbipolensem ipsiusque . . capitulum in suis libertatibus prerogatiuis priuilegijs jurisdictionibus statutis formis ordinacionibus consuetudinibus et alijs juribus quibuscumque defensabit manutenebit fideliter et conseruabit pro posse, et nichilominus operam adhibebit efficacem contra quoscumque nostras consuetudines uel aliquod predictorum volentes infringere quouismodo.

Jtem . . canonicos dicte ecclesie in suis .. personis dignitatibus personatibus officijs canonicatibus prebendis oblagijs hominibus alijs quoque bonis consuetudinibus juribus seu rebus quibuscumque contra quoslibet suos . . captiuatores spoliatores inuasores ac alios jniuriatores eorumque defensores et fautores vtroque judicio ecclesiastico et seculari procedendo efficaciter defensabit.

Digitized by Google

Jtem nullum . . canonicorum ecclesie herbipolensis captiuabit uel faciet captiuari, nisi hoc fiat secundum juris exigenciam. eciam de consilio et assensu . . capituli uel maioris tunc presentis partis numero ipsius ecclesie herbipolensis.

Jtem ciuitati ciuium suorum herbipolensium nullam graciam priuilegium uel concessionem aut confederacionem cum ipsis faciet in preiudicium jurium ipsius ecclesie herbipolensis, nec hactenus eis sic factas approbabit uel confirmabit absque consilio et consensu sui . . capituli uel maioris partis presencium tunc canonicorum capitularium ipsius ecclesie herbipolensis.

Jtem conposiciones predecessorum suorum cum dictis . . ciuibus hactenus habitas presertim pro libertatibus et juribus ecclesie herbipolensis efficaciter manutenebit absque vara pro posse.

Jtem feuda regalia ab ecclesia herbipolensi nullatenus alienabit, nec eciam obligabit.

Jtem aduocacias eciam super possessionibus episcopalibus et . . canonicorum herbipolensium et aliarum ecclesiarum et monasteriorum ciuitatis et dyocesis herbipolensis quas vacare contigerit non alienabit, sed sibi et ecclesie herbipolensi retinebit. Nec easdem aduocacias seu eciam alia feuda vno resignante alij uel alijs conferet, nisi recipiens jure feudali fuerit heres iustus.

Jtem feuda magna que vacare inposterum contigerit, videlicet ultra viginti libras hallensium in redditibus habencia, nulli conferet, nec ab ecclesia herbipolensi alienabit, sine consilio capituli et consensu.

Jtem feuda collata per felicis recordacionis dominum Andream herbipolensem episcopum nobili domine . . relicte quondam jllustris principis domini Hermanni marchionis brandenburgensis alij uel alijs nequaquam conferet sine consensu . . capituli. nisi secundum tenorem litterarum super eo confectarum et sigillo capituli sigillatarum.

Jtem aduocacias super bonis ecclesiarum et monasteriorum ab . . episcopo herbipolensi procedentes in feudum non conferet, nisi tantum vni, eciam si plures heredes fuerint qui in aduocacijs huiusmodj se dixerint jus habere.

Digitized by Google

Jtem faciet cudi monetam in ciuitate herbipolensi uel alibi ubi cum . . capitulo deliberauerit id fiendum. Jdem quoque faciet de puritate denariorum herbipolensium, de pondere, et de mutacione monete: et ferto denariorum in camera ipsius . . capituli reponetur.

Jtem archidiaconatos, thesaurariam seu custodiam, officialitatem curie, et plebaniam ecclesie herbipolensis nulli conferet, nisi fratribus ipsius . . capituli in sacris ordinibus constitutis. Attamen quicumque ipsorum canonicorum capitularium non sacerdos existens adeptus fuerit plebaniam eandem, jdem sub debito juramenti quantocius per eum super eo prestandi jnfra annum ab huiusmodj adepcione pacifica numerandum presbyterari debebit: alioquin ipse dominus . . episcopus pro illa vice dumtaxat extra ipsum . . capitulum . . clerico ad hoc ydoneo conferre poterit et debebit, dum tamen nullus alter predictorum . . canonicorum tunc velit plebaniam huiusmodj acceptare, et infra predictum annum sub iuramento ut predicitur vtique presbyterari.

Jtem . . consiliarios habebit . . prepositum et . . decanum pro tempore existentes, et alios duos . . canonicos quos ad hoc ipse . . episcopus elegerit de fratribus . . capituli eiusdem ecclesie, quorum consilio vtetur.

Jtem nullam vnionem seu incorporacionem parrochiarum faciet, nisi de consilio sui . . capituli et consensu. Et si que alias facte sint, et specialiter quod factum est circa ecclesiam parrochialem in Slusungen herbipolensis dyocesis seu eius alienacionem, cum sit factum sine consensu . . capituli, efficaciter reuocabit pro posse, et . . capitulum in prosecucione sui juris super eadem parrochia fideliter et efficaciter promouebit: nec eius alienacioni uel alijs similibus alienacionibus sine consensu capituli factis quomodolibet consenciet sine consensu sui . . capituli speciali.

Jtem super jurepatronatus parrochie in Karlstat herbipolensis dyocesis non inpetet nec molestabit capitulum suum in iudicio uel extra quoquomodo, sed possessores oblagij in Aschuelt prefato jurepatronatus libere vtifrui et gaudere permittet.

Jtem duos mansos in Karlburg oblagio in Vssenheim

Digitized by Google

ecclesie et dyocesis herbipolensis dimittet. donec duo mansi in Vssenheim obligati per . . episcopum recuperati libere fuerint ad oblagium prelibatum, prout in litteris domini Bertoldi quondam episcopi herbipolensis plenius continetur.

Jtem jnquilino curie jn Randersacker oblagij ecclesie herbipolensis nullam precariam inponet.

Jtem nullam collectam exactionem uel precariam, quocumque nomine censeantur, inponet . . clero seu ecclesijs siue ecclesiasticis personis secularibus uel religiosis ciuitatis et dyocesis herbipolensis conmuniter seu in aliquos eorundem conmuniter uel diuisim sine consensu . . capituli ecclesie herbipolensis.

Jtem de bonis . . canonicorum ecclesie herbipolensis nullum thelonium in aliquo loco sui districtus recipiet, aut recipi permittet.

Jtem hominibus proprijs episcopatus herbipolensis residentibus in oblagijs seu super bonis oblagiorum . . canonicorum ecclesie herbipolensis hereditarijs uel non hereditarijs precariam uel sturam sub quouis titulo nomine uel colore non inponet sine consensu ipsius capituli et possessorum ipsorum oblagiorum.

Jtem in oblagijs . . canonicorum ecclesie herbipolensis. precipue vbi nullum jus aduocacie episcopatus habet, et in villis prepositure ecclesie herbipolensis attinentibus nullum dampnum sine vara faciet, videlicet hospicia recipiendo aut vinum banni inponendo.

Jtem debebit facere bona fide et absque vara, quantocius fuerit ex parte ipsius . . capituli uel alicuius de capitulo desuper requisitus, reuocari omnia statuta precepta mandata condicta et obseruancias per . . comites . . barones . . officiatos seu . . scabinos siue alias quascumque personas in ciuitate seu dyocesi herbipolensi facta seu facienda in inpedimentum jurisdictionis ecclesiastice siue episcopalis siue archidiaconalis ecclesie herbipolensis.

Jtem debebit opem et operam efficaces vtroque judicio adhibere. vt synodi tam clericales quam populares in locis solitis annis singulis celebrentur.

Jtem judicia et jura tam . . prepositi maioris in ciuitate

Digitized by Google

Herbipoli jn iudicio spirituali quam . . archidiaconorum in ecclesia herbipolensi conseruabit illesa.

Jtem presentatos ad ecclesias parrochiales in quibus possessores oblacionum nostrarum juspatronatus habere dinoscuntur . . archidiaconos absque . . episcopi jnuestitura libere jnuestire ac curam animarum conferre permittet, prout hoc ex antiqua consuetudine est obtentum.

Jtem causas coram eis inceptas ad se non reuocabit, nec eis inhibebit ne procedant.

Jtem processus et sentencias ipsorum . . prepositi et . . archidiaconorum non retractabit nec relaxabit neque suspendet nisi juris ordine obseruato.

Jtem . . cappellani et . . plebani ciuitatis et dyocesis herbipolensis debent facere obedienciam locorum . . archidiaconis ad exequendum eorundem mandata, saluis tamen in alijs quibuscumque ipsorum exempcionibus si quas habent.

Jtem . . prepositum maiorem in jurisdictione temporali quam habet in loco dicto Rennewege, et specialiter circa offensam que dicitur bludrat, et in alijs suis juribus non inpediet quoquo modo.

Jtem prepositum ecclesie in Hauge in sua jurisdictione temporali quam ab antiquo habere dinoscitur contra iusticiam non inpediet quoquomodo.

Jtem . . societatem que zumpft dicitur in ciuitate Herbipoli non inponet, nec inponi quoquomodo permittet: nec vllo vnquam tempore eadem societas reassumi debebit.

Jtem super castro Frankenberg et opido Ohssenfurt et super curia . . prepositi maioris quam habet in castro montis beate Virginis non inpetet nec inquietabit . . capitulum in iudicio uel extra quouismodo studio ingenio uel cautela.

Jtem si aliquis . . canonicorum ecclesie herbipolensis intestatus decesserit, fideconmissarijs suis secundum antiquam nostram consuetudinem electis relinquet et permittet de omnibus liberam ordinacionem: et omnia testamenta nostra sine inpugnacione qualibet

Digitized by Google

rata habebit. Jdem eciam circa testamenta . . vicariorum ecclesie herbipolensis per omnia obseruabit.

Rectores eciam ac . . vicarios parrochialium ecclesiarum ciuitatis et dyocesis herbipolensis nullo modo molestabit, nec molestari per aliquos permittet, in bonis quibuslibet per ipsos relictis: sed futuro . . successori fideliter conseruentur, nisi de aliquibus fecerint testamentum in causis in quibus de iure possint condere testamentum. Et contra molestatores huiusmodj si qui fuerint spiritualiter et temporaliter vsque ad plenam satisfactionem procedet. Archidiaconus eciam loci contra eosdem . . molestatores quantum poterit procedet.

Jtem cum obseruantur solempnes processiones, captiui quilibet — prout antiqua consuetudo id optinet — sine difficultate qualibet et absque omni vara liberi dimittantur, nec captiui ante tempus processionis in fraudem processionum condempnentur, nec ad alia loca captiuitatis ponantur.

Si quis autem . . scultetus seu judex contra premissa inpedimentum prestiterit quominus premissa fuerint obseruata, jdem . . scultetus seu judex ab officio . . sculteti seu officij. cum primum hec . . episcopo notificata fuerint, ipso facto per dominum . . episcopum absque aliqua spe gracie remoueatur ad annum a tempore inpedimenti perpetrati numerandum. Famuli vero ipsorum similiter hec inpedientes officijs ipsorum circa judicium ad annum a tempore inpedimenti perpetrati numerandum sint priuati, saluis alijs penis nobis contra predictos . . scultetos seu . . famulos predictos competentibus pro tanta iniuria et offensa.

Processiones autem de quibus premittitur sunt hee: processio in festo palmarum, jtem jn festo beati Marci, item in tribus diebus rogacionum, jtem in festo penthecostes, jtem duobus diebus sequentibus, jtem in vigilia beati Johannis baptiste, jtem in vigilia apostolorum Petri et Pauli, jtem in die beati Kiliani patroni nostri, jtem in vigilia beati Jacobi apostoli, jtem in die sancti Cyriaci, jtem in vigilia assumpcionis beate Marie virginis.

Jtem contra ipsum . . capitulum ecclesie herbipolensis uel . . personas singulares ipsius . . capituli graciam prouisionem

uel indulgenciam seu priuilegium pro se uel pro alijs a sede apostolica per se uel alium non inpetrabit, aut talia inpetrantibus consilium uel auxilium non prestabit, mandatis apostolicis semper saluis.

Jtem debebit omnes siluas ecclesie herbipolensis, et specialiter Kramsneyt, exacta diligencia facere custodiri et manutenere pro posse, nec permittere deuastari, aut forestarios habere jus uel indultum secandi indebite et indiscrete ibidem, saluo tamen alias jure eorundem.

Jtem .. officium prothonotarie sue et tabellionatus curie herbipolensis ciuibus herbipolensibus uel jus ciuium ibidem habentibus — nisi id resignauerint — non conferet.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo CCC° quadragesimo quinto, sabbato ante natiuitatem virginis gloriose Marie, sub sigillo nostri .. capituli presentibus superfixo in testimonium euidens premissorum.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

LXVIII.

1345, die 3. septembris.

Waltherus dictus Landegart et Elizabeth conjuges herbipolenses propter causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pari voto et unanimi consensu pro se et heredibus suis manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt jure directi et utilis dominii perpetuo tenendi et possidendi honorabili viro domino Eberhardo de Riedern decano ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus universis legatariis donatariis personis aut locis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum domum suam cum singulis pertinenciis sitam in civitate herbipolensi in loco dicto zu Sande dictam zum Landegarten, ab una cum domo Hermanni dicti Schelle-

Digitized by Google

brief ab alia parte cum monasterio ad Poenitentes confinatam, de qua quidem domo solvuntur annis singulis . . decano et . . capitulo ecclesiae herbipolensis in festo beati Kyliani sex denarii cum duobus pullis nomine census annui, pro pretio quinquaginta librarum hallensium, integre persoluto, et utiliter converso in necessarios usus, dictam domum cum pertinentiis ore manu et jactu calami ut moris est emtori praefato penitus resignantes et a se penitus abdicantes, promittentes nihilominus pro se et heredibus suis dicto emtori ejusque heredibus seu successoribus quibuscumque, de evictione dictae domus et proprietatis ipsius in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis huiusmodi secundum terrae Frankoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, renuntiantes super praemissis omnibus et singulis omni juris canonici et civilis auxilio quod ipsis aut heredibus contra praemissa vel aliquod praemissorum posset imposterum quomodolibet suffragari, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, feria secunda post diem nativitatis virginis gloriosae; praesentibus Ulrico dicto Schultheiz, Cunrado dicto Urnhoven, Heinrico de Treveri procuratore, Hermanno do Jngelvingen, Heinrico dicto Wyzzenbrunn, Friderico dicto Ebernant, Hermanno de Babenberg, notariis curiae herbipolensis praedictae, et pluribus aliis fidedignis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

LXIX.

1345, die 14. octobris.

Heinrich von Ecsdorf gibt dem Hochstifte sein Eigenthum zu Sulza Steinbach und Rode auf, und empfängt es als Mann- und Frauenlehen.

Jch Heinrich von Ecsdorf der elter edel knecht vnde Jutha sin elich^{e} wirtin bekennen vnd tun kunt offinlich^{e} an diesem

brifue allen den die in sehen oder hôrn lese. daz wir mit gûteme rate willechliche vnd ouch mit gesamenter hant fûr vns und alle vnser erbin deme hochwirdigeme vnserme gnedegen herren herren Albrecht erweltem vnde bestetegetem bysschoffe vnde sime stifte zu Wirzeburg vnsern teil an dem turn in der vesten zu Sulza, daz vnser recht eigen ist, vnde auch waz wir eigens han zu Sulza, zu Steinbach, vnd zume Rode in dorfin vnd in den marken vnde in den flûren da selbes gesucht vnd vngesucht wie daz genant ist rechte vnde redeliche vf geben vnd zu eigen geben haben.

Vnd daz allez han ich Heinrich der forgenante von jme vnde sime stifte zu rechtem lehen wider enphangen vnde genomen, vnd im vnde sime stifte auch dauone gehuldet vnde gesuorn als gewonlich vnde recht ist. Vnde sullin ez auch alle min erben daran furbaz ewegliche von deme stifte zu Wirzeburg zu rechteme lehen haben vnd da fûr enphahen, vnd auch da von hulde als recht ist.

Wir haben auch gelobt fûr vns vnd alle vnser erben, dem vorgnanten vnserme herren vnde sime stifte mit vnserme teil an der forgenantin vesten, die sin vnde sins stiftes offin hus eweclich sie sol, wider aller mennelich zu warten vnde beholfin sin getruwelich vnd on geuerde.

Vnd der forgenante vnser herre hat mir vorgenanten Heinrich sunderliche die gnade getan, wer daz min erben nicht sûne weren, daz danne min erben tôchtere die forgenanten lehen von ime vnde sime stifte zu lehen enphahen vnd haben, vnd da von hulden sullin, vnd die vmme jn vnd vmme sinen stift schicke zu verdien als recht ist on geuerde.

Vnd des zu eime gezugnisse vnde waren vrkunde gibe jch der vorgenante Heinrich fûr mich unde mine erben dem vorgenantem mime herren dem bysschoff vnde sime stifte zu Wirzeburg mit mime jnsigele verinsigelt diesin brief.

Vnd ich Juthe die vorgenante vergihe aller dirre forgescribenen dinge, vnde gelobe auch die fûr mich vnd alle mine erben

Digitized by Google

stete zů haltin vnder mins vorgenantin wirtes jnsigel, wenne ich eigens nicht enhan.

Dieser brief ist geben nach Cristes geburt drůzehnhundert jar darnach in deme funf vnde vierzegesteme jare, am fritag for sancte Gallin tag[e].

Sigillum HENRici DE ECSDOrF In SVLZA fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

LXX.

1345, die 16. octobris.

Wir die . . burgermeister der . . rate . . vnd die . . burgere gemeinliche der stat zu Rotenburg bekennen vnd tůn kunt offenlichen an disem briefe, daz der stiffte zu Wirtzeburg von des kauffes wegen Rotingen fur den edeln herren hern Kraffte von Hohenloch vns vnd vnserre stat sehs tusent pfunt heller die der selbe herre von Hohenloch vns vnd vnserre stat schuldig waz an cristen vnd an juden gentzlich vnd gar gewert hat.

Vnd zu vrkunde der warheit haben wir vnserre stat jnsigele gehenket an disen brief, der geben ist nach Cristes geburte drutzehenhundert jare vnd darnach in dem funften vnd viertzigestem jare, an sant Gallen tag.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

LXXI.

1345, die 14. novembris.

Conradus de Sawensheim Eberhardo de Ry˙dern molendina sua dicta dye Fůchsmuln centum libris hallensium vendit.

Jn nomine domini amen.

Ego Conradus de Sawensheim armiger in publicam deduco noticiam presencium per tenorem, quod propter causas neces-

Digitized by Google

sarias ad hoc me mouentes et vrgentes pro me et heredibus meis vendidi tradidi ac vendo et trado iuste vendicionis tytulo per presentes honorabili viro domino Eberhardo de Ry'dern decano ecclesie herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus suis quibuscumque testamentariis legatariis uel donatariis quibus in vita uel in morte duxerit deputandum molendina mea dicta dye fůchsmuln, sita sub monte monasterij dicti Tuckelhusen inter molendina dicta dye holtzmůl vnd dye walkmůl, soluencia annis singulis decem et octo maldra siliginis ochsenfordensis mensure. videlicet in quolibet festo quatuor temporum quatuor maldra cum dimidio, jtem in festo natiuitatis Cristi vnum cuneum valentem vnam metretam tritici, jtem in festo epiphanie domini quatuor pullos, jtem in festo pasche centum oua et duos ventres agninos valentes duos solidos denariorum; jtem molendinarius qui est uel pro tempore fuerit tenetur nutrire vnum magnum porcum a festo assumpcionis beate Marie virginis usque ad festum epiphanie domini suis eciam sumptibus laboribus et expensis; pro precio centum librarum hallensium, michi numerato et soluto per . . emptorem prefatum pecunia in parata.

Quod quidem precium profiteor me recepisse a dicto . . emptore, et in solucionem debitorum meorum me ad presens grauiter opprimencium conuertisse, dicta molendina cum suis vtilitatibus et pertinenciis vniuersis et jus michi et heredibus meis in ipsis conpetens resignans ore manu et jactu calami ut moris est . . emptori prefato. Jpsumque in possessionem uel quasi eorundem molendinorum induco presentibus corporalem, promittens nichilominus dicto . . emptori heredibus et personis in quos uel in quas dicta molendina quocumque modo uel tytulo transtulerit de euictione dictorum molendinorum et proprietatis ipsorum in judicio et extra judicium plene cauere, et facere warandiam werschaft wlgariter dictam de bonis proprietariis secundum terre Frankonie consuetudinem fieri debitam et consuetam.

Pro qua warandia facienda et euictione cauenda, necnon quod Greta soror mea nunc minor annis cum ad annos legittimos peruenerit juramento suo corporali presentem contractum corroboret

Digitized by Google

et confirmet ac omnia et singula in eo contenta rata teneat et eis in antea non contraueniat alicuius ingenij studio uel cautela, do et constituo ipsi . . emptori in fideiussores insolidum honorabilem virum dominum Eberhardum de Hirzhorn canonicum et archidyaconum ecclesie herbipolensis, necnon strennuos viros Conradum de Nuwenstein militem, et Erkingerum de Sawensheim armigerum. Qui fideiussores, moniti si antedictum . . emptorem heredes et personas de quibus predicitur aliquod inpedimentum in dictis molendinis seu proprietate ipsorum sustinere contigerit, in obstagium se recipere tenebuntur in ciuitate herbipolensi, apud publicum hospitem in dampnum meum et heredum meorum expensas more fideiussorio facturi, et deinde non exituri tam diu sine vara donec impedimentum huiusmodi per me amotum fuerit penitus et sublatum. Vno eciam fideiussorum predictorum cedente uel decedente a seculo uel a terra, alium equecertum quem ipse . . emptor heredes et persone de quibus predicitur acceptandum duxerint promitto substituere infra mensem tunc proximum loco sui: aut superstites, moniti premisso modo, se recipient in obstagium, et obstagiare tenebuntur donec substitucio huiusmodi conpleta fuerit cum effectu: renuncians super premissis omnibus et singulis omni juris canonici et ciuilis auxilio quod michi et heredibus meis contra premissa uel eorum aliquod posset inposterum quomodolibet suffragari, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Nos quoque Eberhardus de Hirzhorn canonicus et archidiaconus ecclesie herbipolensis, Conradus de Nuwenstein miles, et Erkingerus de Sawensheim armiger, fideiussores prenominati, recognoscimus nos fideiussisse apud prefatum . . emptorem heredes et personas de quibus predicitur, et ad exsoluendum fideiussionis debitum modo premisso nos insolidum presentibus firmiter obligamus.

Jn quorum omnium et singulorum testimonium atque robur ego venditor et fideiussores prenominati presentem litteram sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari. Quod nos iamdictus . . officialis curie predicte ad peticionem venditoris et fideiussorum predictorum in pre-

Digitized by Google

missorum omnium testimonium, informati tamen prius de hoc contractu de verbo ad verbum, duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo quinto, feria secunda post festum beati Martini episcopi et confessoris.

Cujus mentio facta est sigillum fascie de litterum ipsarum membrana confecta suspensum est.

LXXII.

1345, die 28. novembris.

Albertus electus et confirmatus necnon praelati capitula et conventus herbipolenses de stabiliendo electionem et confirmationem episcopi herbipolensis statuunt.

Jn nomine domini amen.

Quia melius est ante tempus occurrere quam post causam remedium querere wlneratam, jgitur nos Albertus dei gracia electus et confirmatus in episcopum ecclesie herbipolensis, considerantes et propensius attendentes ac verisimiliter formidantes occasione electionis facte et confirmacionis subsecute in dicta ecclesia herbipolensi de persona nostra in episcopum et pastorem nos dictamque ecclesiam nostram ac alias ecclesias et monasteria necnon alias personas ecclesiasticas et mundanas nostrarum ciuitatis et dyocesis herbipolensis exemptas et non exemptas nobis adherentes ac adherere volentes infuturum in electione et confirmacione iamtactis per prouisionem forsitan superiorum nostrorum seu quamuis aliam disposicionem factam uel inposterum faciendam de alia persona in episcopum ecclesie herbipolensis predicte seu per quoscumque alios processus per eosdem superiores delegatos subdelegatos aut executores eorundem superiorum aut alicuius eorum uel racione huiusmodj prouisionis facte uel faciende per . . delegatum . . subdelegatum uel . . executores eiusdem prouisionis occasione dicti

negocij electionis et confirmacionis directe aut indirecte publice uel occulte contra nos dictas ecclesias monasteria et collegia aut personas omnes et singulas earundem nominatim et in specie seu in genere factos quomodolibet seu inposterum faciendos tam spiritualiter quam temporaliter directe ac indirecte posse multipliciter pregrauari, ad obuiandum quoque in tempore dictis grauaminibus in quantum nobis est possibile, deliberacione super eo prehabita diligenti cum venerabilibus in Christo dilectis . . prelatis . . capitulis et . . conuentibus herbipolensibus, prouisioni huiusmodj per veri suppressionem et falsi suggestionem ac alias praua insinuacione obtente seu obtinende et processibus predictis nos pro conseruacione nostri status et profectus ecclesie nostre necnon ecclesiarum monasteriorum et singularum personarum earundem omniumque ecclesiasticarum et secularium personarum ipsarum ciuitatis et dyocesis herbipolensis opponere decreuimus omnibus vijs et modis conpetentibus de quibus visum fuerit expedire, et ad id nos astringimus firmiter per presentes, sic videlicet quod per remedium appellacionum interponendarum ad sedem apostolicam ac vbi alias expedire videbitur et alia quecumque suffragia oportuna pro nobis ecclesijs monasterijs et collegijs supradictis et pro personis omnibus et singulis eorundem dictarum ciuitatis et dyocesis herbipolensis nobis adherentibus ac adherere volentibus in dicto negocio infuturum spiritualiter et temporaliter coniunctim et diuisim prout tunc opus fuerit firmiter et efficaciter opponemus, huiusmodj appellaciones opposiciones et defensiones prosequentes pro nobis et pretactis ecclesijs monasterijs et personis earundem necnon eciam pro cleris et populis nostrarum ciuitatis et dyocesis herbipolensis tam contra processus quorumcumque . . superiorum et eciam ipsius prouisi uel prouidendi coniunctim uel diuisim seu executorum uel subexecutorum processuum eorundem factos uel inposterum faciendos nostris sumptibus et expensis.

Et pro maiori securitate huiusmodj expensarum per nos ut premittitur prestandarum emolimenta et obuenciones juris dicti wlgariter vngelt ciuitatis nostre herbipolensis ac consistorij nostri herbipolensis dicti ad rufam januam, preexceptis

Digitized by Google

tamen et presoluendis annuis pensionibus personalibus a recolende memorie domino Ottone episcopo herbipolensi predecessore nostro de consensu ipsius capituli herbipolensis in litteris et sub sigillis eorundem deputatis dumtaxat, jn quarum quidem pensionum pecunie reconpensam de stura seu precaria judeorum herbipolensium nostro episcopatui herbipolensi annuatim cedente tantumdem pecunie annue depagari debebit ad estimacionem et dispensacionem capituli dicte ecclesie nostre, duobus viris ydoneis de dicto capitulo ad hoc per ipsum capitulum deputandis assignabimus et assignari ac presentari mandabimus presentibus et mandamus per . . collectores obuencionum et emolimentorum predictorum. Qui . . collectores pro tempore existentes per corporale et speciale iuramentum ad hoc per eos dictis duobus depositarijs a capitulo ut premittitur deputandis prestandum ex nostro iussu specialiter tenebuntur, sic quod ijdem . . collectores dictis depositarijs, requisiti per eos uel vno eorum absente per alium presentem, sub eodem iuramento exhibeant tribuant et tradant dictas obuenciones et emolimenta integre uel in parte, prout ipsis uel eorum alteri presenti visum fuerit opus esse, ad supportandum onera expensarum et ad prosequendum dictas appellaciones opposiciones et defensiones a dictis grauaminibus per easdem personas singulares grauatas et collegia seu capitula grauata interponendas taliter seu ut premittitur interiectas, adiecto tamen illo moderamine quod dicti duo depositarij uel alter eorum ut premittitur, cum opus fuerit, a dictis sic grauatis seu grauato requisiti, de dicta pecunia per eos recepta et apud ipsos ut premittitur deposita tribuant ad prosecucionem huiusmodj appellacionum opposicionum et defensionum grauaminum pretactorum in tantum in quantum pro expensis neccessarijs et moderatis pro . . nuncijs . . notarijs . . aduocatis . . procuratoribus et alijs omnibus incumbentibus cause seu causarum huiusmodj requiruntur.

Sane si ex alijs causis . . prelatos . . ecclesias et . . monasteria pretacta seu singulares personas earundem quibuscumque processibus super alijs factis aut negocijs quibuslibet uel presens negocium — scilicet electionis confirmacionis nostre ac adherencie et earum sequelarum — non contingentibus auctoritate quacumque in iudicio

Digitized by Google

uel extra iudicium molestari quomodolibet uel grauari contingat, ad remouendum huiusmodj grauamina et ad obuiandum eis per vias appellacionis defensionis opposicionis et quecumque alia juris remedia pro conseruacione suorum jurium sibi inuicem adherere tenebuntur, et iuxta antiquam ordinacionem et consuetudinem ecclesiarum monasteriorum et capitulorum predictorum succurrere expensis eorum conmunibus tenebuntur, dictas appellaciones opposiciones defensiones ut infra sequitur expensis eorum conmunibus prosequentes, sic videlicet quod quelibet ecclesia et quodlibet collegium suum . . canonicum . . vicarium seu . . religiosum grauatum seu grauandos ut premittitur conmunibus sumptibus et expensis . . canonicorum . . vicariorum seu . . religiosorum huiusmodj ecclesie et monasterij in qua seu quo . . canonicus . . vicarius seu . . religiosus existit in omnem litis euentum usque ad finem litis incessanter defendere tenebuntur.

Quibus quidem appellacionibus defensionibus et opposicionibus ut premittitur interpositis ac eciam interponendis in omnem litis euentum nos ipsis et ipsi sibi inuicem adherere tenemur, et ipsos et singulos eorundem ab huiusmodj molestacionibus et grauaminibus et quibuslibet alijs molestacionibus et specialiter ab hospitalitatibus et herbergis ipsis dampnosis apud ipsos et quemlibet eorum contra ipsorum voluntatem recipiendis pro omni posse nostro spiritualiter et temporaliter defendere et tueri promittimus et debemus.

Jnsuper dictis ecclesijs et monasterijs promittimus bona fide, quod, si ipsas uel ipsa aut quascumque personas ipsorum singulares seu eorum consanguineos uel amicos siue ipsis dantes in genere uel in specie consilium auxilium uel fauorem aliquas persecuciones molestaciones uel infestaciones pati contigerit in personis seu rebus uel eorum dignitatibus personatibus officijs aut alijs beneficijs quibuscumque vbilibet constitutis eciam a quocumque dicte electionis confirmacionis et adhesionis occasione uel circa, jpsos absque dampnis et expensis eorum quibuslibet toto posse iuuabimus ac eciam defensabimus incessanter.

Castra eciam et municiones quaslibet quas in potestate nostra habemus uel habebimus inposterum ipsis et eorum cuilibet qui requisierint uel requisierit appropriemus, ac inibi ipsos fouebimus,

Digitized by Google

pront indiguerint, cum effectu: et ipsi nobis assistent fideliter viceuersa. Ac id ipsum in ipsis recipiendis fouendis et defendendis necnon et omnem aliam defensionem faciant officiati castrorum et municionum huiusmodj sine dampnis et expensis grauati seu grauatorum, prestitis ac prestandis nobis super hoc ab ipsis officiatis corporaliter iuramentis.

Si autem huiusmodj iuuaminibus et defensionibus non obstantibus aliquem seu aliquos racione dissidij occasione huiusmodj electionis confirmacionis adhesionis seu earum sequelarum prouenientis suis dignitatibus personatibus officijs aut beneficijs quibuscumque vbilibet constitutis priuari seu alias destitui quouismodo contingat, ad conferendum eisdem seu conferri ordinandum quamprimum ad id se facultas obtulerit beneficia equalis seu quasi valoris suis beneficijs, in quo eciam moderacioni seu estimacioni arbitratorum subscriptorum stabimus, nos et successores nostros firmiter et irrefragabiliter presentibus obligamus, jta sane quod — si huiusmodj priuatis seu destitutis restitucio suorum beneficiorum per quoscumque fuerit ordinata — extunc beneficia sibi per nos dicta racione collata libere et inprotracte resignari et vacare debebunt.

Jtem quod . . archiepiscopos . . episcopos . . comites . . barones et . . nobiles terre ac ciues ciuitatis nostre herbipolensis ac alios opidanos locorum jmperialium ac aliorum dominorum et . . nobilium dicte dyocesis seu quarumcumque prouinciarum seu dyocesium vijs et modis conpetentibus quibus poterimus absque vara seu fraude ad adherendum appellacionibus defensionibus et opposicionibus pretactis quantocius inducemus, quodque eciam ijdem . . archiepiscopi . . episcopi . . comites . . barones . . nobiles terre ciues ciuitatis herbipolensis et opidani locorum jmperialium et aliorum nobilium ut premittitur adherentes ac adherere volentes jn dominijs et eorum districtibus seu vicinijs conmorantes grauatos quomodolibet ac grauandos a quibusuis personis quocumque modo in iudicio uel extra iudicium spiritualiter uel temporaliter in personis dignitatibus personatibus uel officijs beneficijs aut rebus alijs directe uel indirecte publice uel occulte uel alias qualitercumque occasione

Digitized by Google

huiusmodj negocij fideliter protegant ab huiusmodj granaminibus et defensent.

Jtem volumus et ordinamus, quod . . officialis curie nostre herbipolensis, ad cuius hoc spectat officium, qui pro tempore fuerit statuta synodalia et prouincialia, cum requisitus fuerit, debite execucioni demandet.

Jtem quod plerique falsarij litteris apostolicis et aliorum prelatorum testimonijs asserunt fallaciter se munitos, statuimus et ordinamus, sicut eciam sacrum concilium prouinciale moguntinum statuit et ordinauit, ne tales — qualiacumque scripta deferant — a clericis uel a quibuslibet alijs personis ecclesiasticis tabellionibus seu alijs quibuscumque cuiuscumque status seu condicionis existant recipiantur publicentur uel quomodolibet execucioni mandentur in ecclesijs aut locis quibuscumque, nec eciam ipsi deferentes hospitentur scienter: ymmo ignoranter hospitati a quibuscumque, postquam perceperint eciam a quocumque ipsos huiusmodj scriptis fore munitos, eiciantur et penitus dimittantur, nisi prius eorum littere per officialem curie nostre et alios uel alium quibus hoc specialiter conmittendum duxerimus examinate fuerint diligenter, et nisi prius ipsius officialis et aliorum per nos deputandorum litteris testimonialibus sint muniti. Poterunt tamen de speciali licencia seu mandato eorundem constare certitudinaliter debente, donec huiusmodj testimoniales litteras optinuerint, hospitari. Sane quicumque contra hanc nostram ordinacionem tales hospitauerit, seu hospitatos ut premittitur non dimiserit, seu eorum litteras receperit publicauerit seu qualitercumque execucioni mandauerit, si clericus et beneficiatus existat, ipso jure ab officio et beneficio per triennium sit suspensus, ceteri vero auctoritate huiusmodj statuti ipso facto exconmunicacionis sentenciam incurrant, absque speciali nostro mandato ab ea mullatenus absoluendi, alia pena nichilominus iuxta subscriptorum arbitratorum uel maioris partis eorum arbitrium vtique puniendi. Ceterum huic statuto duximus annectendum, ut si tales sine dictis litteris testimonialibus litteras suas publicare presumpserint seu exequi qualitercumque, . . plebani seu . . viceplebani nostre ciuitatis et dyocesis et alij eciam quicumque ad quos venerint eos cum litteris et rebus eorum

Digitized by Google

per seculare judicium, si alias detineri non possunt. non dubitent occupare, nobis seu . . officiali curie nostre aut alijs quibus hoc conmiserimus vtique presentandos. Jn huiusmodj autem statuto litteras processus ac mandata nostra et subditorum nostrorum ordinariam jurisdictionem habencium et eorundem . . conmissariorum nolumus conprehendi.

Jtem de voluntate consilio et vnanimi consensu . . prelatorum . . capitulorum et . . conuentuum predictorum statuimus et ordinamus irrefragabiliter obseruandum, quod nullus prelatorum ecclesiarum seu monasteriorum predictorum nec eciam ipsorum persone singulares aliquod beneficium spirituale uel temporale qualitercumque nuncupatum seu obligacionem uel promissionem cuiuscumque comodi seu lucri spiritualis uel temporalis sub titulo uel colore qualicumque pro se uel alijs quibuscumque a prouiso uel prouidendo pro . . episcopo ecclesie nostre herbipolensis per quemcumque superiorem quocumque eciam tempore infuturum inpetret optineat seu recipiat quouismodo, nec eum pro tali prouiso teneat seu ei obediat aut adhereat uel obediri aut adhereri seu eum pro tali haberi procuret directe uel indirecte publice uel occulte, nisi prius vnanimi consensu nostro . . abbatum et . . capitulorum predicte ciuitatis herbipolensis uel saltem maioris partis ipsorum capitularium presencium tunc ibidem ad possessionem episcopatus herbipolensis admissus fuerit pacificam et quietam, ad quam nullatenus admittatur nisi priuatos seu beneficijs suis qualitercumque occasione dicti negocij destitutos libere et plenarie restituat cum effectu, ac eciam resignacionem illorum qui huiusmodj beneficia occupata detinent siue retinent qualitercumque uel ius in eis uel ad ea quomodolibet se habere pretendunt libere ac plenarie ordinet et effectiue procuret. Quod si fieri non posset, tunc ad possessionem eandem nullatenus admittatur donec priuatis seu destitutis huiusmodj de similibus beneficijs prouideat, uel ordinet efficaciter prouideri quam primum poterit absque vara, nisi de ipsorum priuatorum libera voluntate aliter cum eis valeat placitari.

Jtem ad ipsam possessionem pacificam ut prefertur nullatenus admittatur, nisi prius suis patentibus litteris sui sigilli appensione

Digitized by Google

munitis ac instrumentis publicis omnes et singulas dimissorias clericorum eciam ordinaciones, indulgenciarum concessiones, . . abbatum et . . abbatissarum aliorumque . . prelatorum confirmaciones et benedictiones, ecclesiarum cappellarum basilicarum altarium cimiteriorum et hospitalium aliorumque piorum ac sacrorum locorum consecraciones et reconciliaciones, necnon collaciones instituciones destituciones inuestituras permutaciones beneficiorum quorumcumque, ac eciam electiones et presentaciones necnon infeudaciones quascumque per nos . . succesores nostros . . prelatos . . capitula . . conuentus seu singulares personas eorundem conmuniter uel diuisim seu eciam alias personas quascumque quibus huiusmodj uel aliquid eorum de jure priuilegio statuto uel consuetudine seu speciali aut generali conmissione conpecierit factas usque ad tempus admissionis predicte, necnon sentencias et processus quoscumque per quoscumque judices ordinarios delegatos uel subdelegatos nostre ciuitatis et dyocesis herbipolensis ecclesiasticos et seculares tempore huiusmodj dissensionis prolatas seu prolatos ratificet approbet confirmet et auctorizet, et corporale prestet eciam juramentum quod contra ea uel aliquod eorum, eciam huiusmodj dissensione sopita, non veniat seu faciat, aut occasione huiusmodj negocij aliqualiter in persona rebus seu eciam amicis quibuscumque grauet uel molestet per se uel alium seu alios directe uel indirecte de iure uel de facto publice uel occulte, nec venientibus seu molestantibus prestet consilium auxilium vel fauorem aliquo ingenio studio uel cautela.

Jtem bona fide promittimus per presentes, nullam conposicionem cum quocumque prouiso seu prouidendo ipsi ecclesie herbipolensi eciam per quemcumque . . superiorem seu eciam cum aliquibus pro parte eorundem uel eciam quorumcumque aliorum inire recipere facere uel attemptare per nos uel alios directe uel indirecte publice uel occulte, nec iniende attemptande seu inite facte uel attemptate vmquam aliquo tempore per nos uel alios literaliter aut verbaliter aliquatenus consentire, nisi id processerit de vnanimi et libera voluntate et consensu . . abbatum et . . capitulorum nostre ciuitatis herbipolensis uel saltem maioris partis eorundem presencium tunc ibidem.

Digitized by Google

Porro nos Albertus prefatus prelibatis . . prelatis . . capitulis et . . conuentibus ac clero ciuitatis et dyocesis nostre herbipolensis eorundemque personis vniuersaliter singulis et singulariter vniuersis promittimus bona fide, quod nolumus nec debemus quemquam eorundem . . prelatorum aut vllum . . capitulorum seu . . conuentuum uel clerum uel aliquam personam eorundem propter premissa uel aliquod premissorum uel eorum aliquod quomodolibet contingens uel ex eis emergens agere accusare deferre inquirere denunciare offendere quomodolibet uel astare: quin ymmo prefatos.. prelatos . . capitula et . . conuentus ac clerum eorumque personas vniuersaliter et singulariter, si cum et vbi opus fuerit, vtique defendere volumus et promittimus. Et eadem promittere debebit quilibet successorum nostrorum antequam ad possessionem eiusdem episcopatus admittatur qualibet sine fraude.

Jnsuper de vnanimi voluntate et consensu . . prelatorum . . capitulorum et . . conuentuum predictorum statuimus et ordinamus inuiolabiliter obseruandum, quod racione seu occasione huiusmodj negocij seu alicuius actus ex eo uel ob id prouenientis uel qualitercumque emergentis nullus . . prelatorum . . capitulorum seu . . conuentuum predictorum aut persona singularis eorundem uel aliorum quorumcumque conmuniter uel diuisim alium uel alios vniversaliter uel particulariter offendere molestare uel perturbare, seu aliquam actionem accusacionem denunciacionem inquisicionem delacionem seu obiectionem uel excepcionem aut aliam inpugnacionem quamcumque sibi facere uel promouere seu fieri procurare verbo uel facto in iudicio uel extra iudicium directe uel indirecte aut alias qualitercumque aliquem super hijs uel aliquo eorum seu ipsa uel aliquod eorum tangente aut contingente accusare denunciare uel deferre sine quauis fraude debebit, nec aliquis seu aliqui de dictis collegijs aut alij qualescumque presentes uel futuri alium uel alios auctoritate potestate uel temeritate quacumque inpetere inpugnare inpedire molestare turbare uel dampnificare in persona beneficio uel beneficijs ecclesiasticis statu honore fama bonis uel rebus quibuscumque uel super aut in presentacione collectione electione seu prouisione permutacione institucione destitucione uel alijs actibus tam

Digitized by Google

spiritualibus quam temporalibus quibuscumque debebit, nec eciam aliquis seu aliqui alium uel alios communiter uel diuisim occasione dicti negocij uel eius sequele priuatos destitutos seu inhabilitatos qualitercumque pro priuatis destitutis inhabilitatis habere uel reputare debebit. Quod si secus factum fuerit per . . prelatos . . capitula . . conuentus uel singulares beneficiatas personas de quibus predicitur in recepcione execucione paricione processuum eorundem ac in non adherendo appellacionibus opposicionibus et defensionibus ut premittitur interpositis uel interponendis, uel ab adhesione huiusmodj recesserint uel destiterint quoquomodo, uel alias in premissis uel subscriptis uel aliquo eorundem, extunc ijdem huiusmodj mandati nostri transgressores a percepcione fructuum prebendarum suarum necnon quorumcumque beneficiorum suorum que habent et optinent in predictis ciuitate et dyocesi noscant presentibus se suspensos: alij vero non beneficiati per nos seu nostros in hac parte . . commissarios ad consilium et requisicionem arbitratorum subscriptorum vtique puniantur. Et . . abbates seu . . priores monasteriorum necnon . . decani ecclesiarum necnon locorum . . archidiaconi ex nostro speciali eis ad presens facto mandato sub pena premissa suspensionem prebendarum et beneficiorum huiusmodj absque more dispendio exequantur. Et nichilominus in euentum inobediencie dictorum transgressorum huiusmodj nostri mandati in toto uel in parte de consensu . . capitulj seu conuentus eiusdem transgressoris uel maioris partis eiusdem successu temporis ad priuacionem dignitatum personatuum officiorum et beneficiorum quorumlibet que in predictis ciuitate et dyocesi optinent firmiter procedemus, ipsos ad eadem uel similia inposterum nullatenus admissuri, jn alijs tamen predictarum ecclesiarum statutis formis ordinacionibus et consuetudinibus saluis debentibus remanere.

Preterea volumus statuimus et de vnanimi voluntate et consensu omnium predictorum ordinamus, quod omnes et singuli . . prelati . . canonici ac . . religiosi ecclesiarum et monasteriorum predictorum qui presentes et puberes fuerint et presens nostrum statutum nondum juranerint infra octo dies a tempore requisicionis iurare teneantur qualibet sine fraude: alioquin ipso facto a prebendis seu suis beneficijs sint et tamdiu suspensi remaneant quousque huiusmodj

statutum iurare curauerint effectiue. Jnpuberes vero eorum, quam primum puberes effecti fuerint, infra octo dies sub pena suspensionis prebendarum seu beneficiorum suorum similiter iurare absque fraude debebunt. Absentes autem et alij in dictis ecclesijs et monasterijs recipiendi decetero nullatenus admittantur donec huiusmodj statutum iurauerint inuiolabiliter obseruare.

Nos vero Albertus prefatus omnia et singula premissa iurauimus ad sancta dei ewangelia in loco solito celebracionis capituli dicte ecclesie nostre, presentibus .. prelatis et .. capitulis predictis, omnia et singula premissa nos velle manutenere et inuiolabiliter obseruare, nec contra ea uel aliquod eorum venire aliquo ingenio studio uel cautela, aut contrauenienti dare consilium auxilium uel fauorem. Quod si secus fecerimus, tamquam periuri et infames reputari volumus et debemus.

Nos quoque .. prelati .. capitula et .. conuentus ecclesiarum et monasteriorum prelibatorum et singulares persone eorundem recognoscimus, omnia et singula premissa de voluntate et consensu omnium nostrum certitudinaliter processisse. Et nos .. prelati .. canonici et religiosi ecclesiarum et monasteriorum huiusmodj singulariter singuli puberes juranimus ad sancta dei ewangelia per nos corporaliter manutacta, omnia et singula premissa nos uelle inuiolabiliter obseruare, eciam si prefatum dominum nostrum electum et confirmatum cedere uel decedere contingeret, quod absit, donec pretactus prouisus seu prouidendus per quemcumque superiorem de libera voluntate et consensu predictorum .. abbatum et capitulorum herbipolensium seu maioris partis eorundem presencium tunc ibidem ad possessionem dicti episcopatus admissus fuerit pacifice et quiete, sed non alias eciam quam ut plenius antefertur. Quod si secus fecerimus, tamquam periuri et infames reputari volumus et debemus. Nec a predictis uel aliquo predictorum nisi in euentum arbitrarie potestatis subscripte desistere uel recedere quouismodo debemus, eciam si predictus dominus noster electus et confirmatus regalia seu feuda ecclesie herbipolensis ab jmperio siue regno recipiat, aut ei uel suis seruiat quouismodo.

Preterea, licet romanus pontifex locum dei in terris teneat,

Digitized by Google

tamen. ut ipsemet asserit, de occultis — cum sit homo — non poterit diuinare: ymmo pacienter sustinere hoc velit et decreuerit, si non admittitur id quod apud eum per falsi suggestionem et veri suppressionem seu alias prauas insinuaciones fuerit inpetratum. Protestamur itaque publice in hijs scriptis, quod, si alicui persone sit prouisum uel forsitan fuerit prouidendum de episcopatu ecclesie nostre predicte infuturum, tunc — si huiusmodj prouisioni per falsi suggestionem et veri suppressionem seu alias prauas insinaciones ut premittitur inpetrate seu inpetrande et processibus quibusuis a quocumque seu quibuscumque sub quouis tenore super eadem prouisione subsecutis suisque concomitancijs et sequelis nos pro conseruacione ipsius ecclesie nostre in capite et in membris ut premittitur opponemus per appellaciones opposiciones defensiones et alia remedia oportuna — quod propter huiusmodj appellaciones opposiciones et defensiones ac remedia ab obedieucia reuerencia et subiectione sancte sedis apostolice resilire deuiare recedere non intendimus quoquo modo: quin ymmo ipsi sedi tamquam filij obediencie debitas obedienciam et reuerenciam exhibere.

Verum quia uix aliquid adeo certum clarumque statuitur, quin ex causis emergentibus quibus eciam jura iam posita mederi ad ad plenum non possunt in dubium reuocetur, volumus igitur et presentibus ordinamus, quod honorabiles nobis in Christo dilecti sancti Burchardi, sancti Stephani, quilibet quidem eorum cum vno conuentuali suo, et beati Jacobi Scotorum monasteriorum ordinis sancti Benedicti abbates, Heinricus de Reinstein, Lupoldus de Bebenburg, Eberhardus de Hirtzhorn, archidiaconi, Heinricus de Reinstein, nostre maioris, magistri Bertoldus Blumentrost scolasticus, Conradus de Hallis thesaurarius sancti Johannis in Haug, Heinricus de Heilprun scolasticus, et Johannes de Jsenaco Nouimonasterij ecclesiarum herbipolensium canonici, arbitratores seu conpromissarij per nos et . . prelatos . . capitula et . . conuentus prefatos conmuniter ac concorditer ad hec deputati, qui tunc presentes fuerint in ipsa ciuitate Herbipoli omnes uel saltem maior pars ex eisdem presentibus tunc ibidem, si qua dubia super premissis uel aliquo ex eisdem

Digitized by Google

contingat successu temporis suboriri, potestatem habeant plenariam huiusmodj dubia declarandi interpretandi et addendi, necnon moderandi tempus duracionis huiusmodj statutorum et ordinacionum, ac eciam decernendi cum ipsis videbitur expedire litteras iusticiam uel graciam continentes super premissis uel aliquo premissorum a quibuscumque superioribus inpetrari faciendi, et quorum expensis per eos ut prefertur taxandis id fieri debeat ordinandi. Quibus quidem declaracioni interpretacioni addicioni decreto taxacioni et ordinacioni stare et parere indilate volumus et debemus. Verum si quisquam huiusmodj secularium arbitratorum decesserit, in locum eiusdem capitulum de ipsius decedentis choro ibidem alium quantocius subrogare debebit.

Jnsuper, si nos Albertus electus et confirmatus prefatus in predictis omnibus uel aliquo eorundem faciendis et exequendis inueniremur negligentes quomodolibet uel remissi, quod absit, extunc ijdem arbitratores tunc presentes uel maior pars eorundem presencium tunc ibidem, requisiti per grauatas personas pretactas, coniunctim uel diuisim occasione huiusmodj negocij uel ipsum directe uel indirecte contingentis potestatem habeant. nos desuper infra quatuor ebdomedas tunc proximas karitatiue monendi, et deinde si opus fuerit requirendi nos sub iuramento nostro prestito in hoc negocio, ad tollendum et remouendum per nos infra alias quatuor ebdomedas predictas ebdomedas inmediate sequentes huiusmodj grauamina, cum ipsi arbitratores de huiusmodj grauaminibus fuerint summarie informati: ad quorum grauaminum inuestigacionem et indagacionem ac nostre persone requisicionem ut premittitur sub iuramentis per eos prestitis capitulis suis dicti arbitratores similiter tenebuntur. Et nichilominus, si post requisicionem huiusmodj et nostram responsionem subsecutam in premissis inueniremur negligentes quomodolibet uel remissi, prefati arbitratores presentes uel maior pars eorundem presencium tunc ibidem secundum quod tunc qualitas et quantitas dictorum grauaminum exegerit prelibatam vnionem in toto uel in parte prout eis expedire videbitur sub pretactis juramentis potestatem habeant omnimodam dissoluendi et recindendi in omnem euentum, nostra contradictione qualibet poster-

Digitized by Google

gata: quam dissolucionem et recisionem in nos nomine specialis pene in hoc negocio eligimus per presentes.

Porro nos Albertus electus et confirmatus predictus publice recognoscimus per hec scripta, jn euidens testimonium atque robur premissorum sigillum nostrum presentibus de mandato nostro fore appensum.

Nos quoque Sifridus sancti Burchardi, Hermannus sancti Stephani, et Philippus sancti Jacobi Schotorum monasteriorum herbipolensium ordinis santi Benedicti diuina permissione abbates, necnon maioris sancti Johannis in Hauge et Nouimonasterij herbipolensium ecclesiarum decani, earundemque ecclesiarum et monasteriorum capitula et conuentus sepedicti recognoscimus sub hijs scriptis, premissa omnia et singula de nostrum omnium assensu vnanimi vt premittitur processisse.

Jn quorum omnium premissorum testimonium sigilla nostrum . . abbatum . . capitulorum et . . conuentuum predictorum presentibus sunt appensa.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo CCC° quadragesimo quinto, IIII kalendas decembris.

Denorum sigillorum fasciis membranaceis e tribus harum litterarum exemplaribus suspensorum in uno omnia, in altero tantummodo novem, in tertio nonnisi duo supersunt.

LXXIII.

1345, die 28. novembris.

Monasterium kambergense ad hanc unionem accedit.

Jn dei nomine amen.

Nos Conradus diuina permissione abbas totusque conuentus monasterij in Kåmberk ordinis sancti Benedicti herbipolensis dyocesis tenore presencium . . perceptoribus recognoscimus et patefacimus vniuersis, quod — cum, vt sacra jura testantur, non liceat nec deceat neque expediat a capite recedere sua membra, quinymmo eciam turpis sit pars que suo non congruit vniuerso, et quia reue-

rendus in Christo pater et dominus noster graciosus dominus Albertus electus concorditer ac canonice confirmatus in episcopum herbipolensem, necnon venerabiles dominj . . prelati . . capitula et . . conuentus ecclesiarum ac monasteriorum, totusque clerus ciuitatis herbipolensis pro se et cleris ac populis eiusdem ciuitatis et dyocesis herbipolensis jn negocio opposicionum appellacionum aliarumque defensionum de quibus et vt sequitur et ipsarum prosecucione fienda suisque dependentibus contingentibus emergentibus sequelis et concomitanciis quibuscumque concorditer et legaliter vniti et conformes consistere dinoscuntur — propterea sponte libere et debite promisimus presentibusque spondemus, quod tam factis quam faciendis opposicionibus appellacionibus aliisque defensionibus opportunis ex parte seu nomine prefatorum dominorum . . electi confirmati . . prelatorum . . capitulorum . . conuentuum ac cleri seu eciam qualiumcumque aliorum . . collegiorum seu . . personarum quorum seu quarum interest seu interierit se opponere defendere ac eciam appellare contra episcopalem prouisionem seu personam cuiuscumque . . prouisi seu . . prouidendi a quocumque . . superiore jn episcopum ecclesie herbipolensis adherere assistere et astare firmiter ac constanter, nec huiusmodi prouisum seu prouidendum pro tali seu episcopo herbipolensi habere aut quomodolibet reputare, neque suis vel quorumcumque . . superiorum seu suorum . . commissariorum monitis mandatis sentenciis siue penis occasione prouisionis pretacte siue factis siue fiendis vllatenus obedire absque communibus et expressis consensu ac collaudacione dominorum Alberti electi confirmati necnon . . capitulorum vel saltem maioris partis ipsorum . . capitulariuum presencium tunc ibidem volumus vtique et debemus.

Jn cuius rei testimonium sigilla nostrum . . abbatis et conuentus predictorum sunt huic scripto appensa.

Datum anno domini millesimo CCC° XLimo quinto, IIII° kalendas decembris.

Ambo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt

Digitized by Google

LXXIV.

1345, die 1. decembris.

1.

Monasterium amerbacense ad ordinationem de stabiliendo electionem et confirmationem episcopi herbipolensis inter Albertum episcopum electum et confirmatum necnon praelatos capitula et conventus herbipolenses statutam accedit.

Jn dei nomine amen.

Nos Gotfridus diuina permissione abbas, totusque conuentus monasterij in Amerbach ordinis sancti Benedicti dyocesis herbipolensis tenore presencium . . perceptoribus recognoscimus et patefacimus vniuersis, quod — cum, vt sacra jura testantur, non liceat nec deceat neque expediat a capite recedere sua membra, quinymmo eciam turpis sit pars que suo non congruit vniuerso, et quia reuerendus in Christo pater et dominus noster graciosus dominus Albertus electus concorditer ac canonice confirmatus in episcopum herbipolensem, necnon venerabiles domini . . prelati . . capitula et . . conuentus ecclesiarum ac monasteriorum, totusque . . clerus ciuitatis herbipolensis pro se et cleris ac populis eiusdem ciuitatis et dyocesis herbipolensis jn negocio opposicionum appellacionum aliarumque defensionum de quibus et vt sequitur et ipsarum prosecucione fienda suisque dependentibus contingentibus emergentibus concomitanciis et sequelis quibusuis concorditer et legaliter vniti et conformes consistere dinoscuntur — propterea sponte libere et debite promisimus presentibusque spondemus, quod tam factis quam faciendis opposicionibus appellacionibus aliisque defensionibus opportunis ex parte seu nomine prefatorum dominorum . . electi confirmati . . prelatorum . . capitulorum . . conuentuum ac cleri seu eciam qualiumcumque aliorum collegiorum seu personarum quorum seu quarum interest vel intererit coniunctim vel diuisim se opponere

Digitized by Google

defendere ac eciam appellare contra episcopalem prouisionem seu personam cuiuscumque . . prouisi seu . . prouidendi a quocumque . . superiore in episcopum ecclesie herbipolensis adherere assistere et astare firmiter ac constanter, nec huiusmodi . . prouisum seu . . prouidendum pro tali seu episcopo herbipolensi habere aut quomodolibet reputare, neque suis uel quorumcumque . . superiorum seu suorum . . conmissariorum monitis mandatis sentenciis siue penis, si tamen sic dici merentur, occasione prouisionis pretacte siue factis siue fiendis vllatenus obedire absque conmunibus et expressis consensu et collaudacione domini electi confirmati et . . capitulorum predictorum uel saltem maioris partis ipsorum . . capitularium presencium tunc ibidem volumus vtique et debemus.

Jn cuius rei testimonium sigilla nostrum . . abbatis et conuentus predictorum sunt huic scripto appensa.

Datum anno domini millesimo CCC° XLmo quinto, kalendis decembris.

Ambo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento supensa sunt.

2.

Carolus abbas et conventus monasterii banzensis ordinis sancti Benedicti dioecesis herbipolensis idem faciunt.

Utrumque eorum sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

3.

Heinricus abbas et conventus monasterii in Murrehart ordinis sancti Benedicti dioecesis herbipolensis de eadem re litteras exhibent.

Utrumque eorum sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Digitized by Google

4.

Nec minus litterae a Lůppoldo abbate et conventu monasterii in Steynach ordinis sancti Benedicti dioecesis herbipolensis de hac re datae exstant.

Sigilla abbatis et conventus dictorum fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

5.

Eberhardus quoque abbas et conventus monasterii in Theris ordinis sancti Benedicti dioecesis herbipolensis ad hanc cujus mentio est unionem eodem tenore accedunt.

Sigilla abbatis et conventus dictorum fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

Nec minus coram Heinrico Furrer decano sancti Johannis in Hawgis herbipolensis et Johanne Trebra decretorum doctore etc. commissariis, et notariis infrascriptis, ad recipiendas probationes a dominis Georio bambergensi et Rudolffo herbipolensi episcopis juxta tenorem cujusdam arbitramentalis recessus in Dillingen recepti nominatim deputatis, pro parte dicti domini herbipolensis productae sunt litterae quarum mentio facta est originales, sigillatae, integrae, omni vitio et suspicione carentes, sufficienterque examinatae, quas auscultaverunt collationaverunt ac per notarios infrascriptos transsumi et in hanc publicam formam redigi fecerunt et mandaverunt sigillis suis praesentibus appensis. Datum et actum in curia solitae residentiae praefati domini herbipolensis, sub anno domini M° quadringentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta decima, die Mercurii nona mensis decembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Pauli divina providentia papae secundi anno ejus tertio, hora primarum ejusdem diei vel quasi, praesentibus honorabilibus dominis Johanne Meirspach presbytero, et Johanne Hobach domini herbipolensis cancellariae notario, testibus ad praemissa vocatis pariterque rogatis.

Conradus Tolder clericus conjugatus herbipolensis dioecesis, publicus imperiali auctoritate notarius, praedicte exemplationi et omnibus

Digitized by Google

praemissis interfuit. Jdeo hoc instrumentum manu alterius scriptum inde confecit, et in hanc formam redegit, signoque et nomine suis solitis unacum appensione sigillorum praedictorum commissariorum consignavit, in fidem praedictorum rogatus et requisitus.

Et Heinricus Dawerer clericus bambergensis dioecesis, publicus imperiali auctoritate notarius, praedictae exemplationi et omnibus praemissis interfuit. Jdeo hoc instrumentum manu alterius scriptum inde confecit, et in hanc publicam formam redegit, signoque et nomine suis solitis unacum appensione sigillorum dictorum commissariorum consignavit, in fidem praemissorum rogatus et requisitus.

6.

Etiam Ludovicus electus et confirmatus in abbatem totusque conventus monasterii in Urauwo ordinis sancti Benedicti dioecesis herbipolensis hoc faciunt.

Utrumque eorum sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

LXXV.

1345, die 7. decembris.

Archidiaconatus fuldensis ad ordinationem de stabiliendo electionem et confirmationem episcopi herbipolensis inter Albertum episcopum electum et confirmatum necnon praelatos capitula et conventus herbipolenses statutam accedit.

Reuerendo domino domino Alberto, electo et confirmato in episcopum ecclesie herbipolensis, necnon honorabilibus viris dominis . .decano et . . capitulo eiusdem Eberhardus de Hoemberg archidiaconus ecclesie herbipolensis et plebanus parrochie fuldensis ceterique . . plebani . . viceplebani . . capellani ac . . misarij archidiaconatus eiusdem ac parrochie predicte reuerenciam debitam et condignam.

Digitized

Receptis litteris requisitoriis vnionis et conformitatis vestre in negocio opposicionum appellacionum et defensionum fiendarum contra episcopalem prouisionem seu personam cuiuscumque prouisi vel prouidendi a quocumque superiore in episcopum ecclesie herbipolensis predicte, et considerato prouide, quid liceat secundum equitatem, quid deceat secundum honestatem, et quid expediat secundum vtilitatem, in hoc concordauimus, nemine discrepante, quod quibuslibet vestris opposicionibus appellacionibus et iuris defensionibus contra personam cuiuscumque prouisi vel prouidendi ut predicitur pro persona et iure prefati domini Alberti rite electi et canonice confirmati defendenda et in iure suo conseruanda ad complacenciam vestri assistere et astare intendimus et insolubiliter fortissime adherere.

Jn cuius testimonium sigillum nostri archidiaconatus predicti presentibus duximus appendendum.

Et nos . . presbiteri parrochie fuldensis predicte, ceterique . . plebani . . viceplebani ac missarii predicti archidiaconatus, vt a premissis non recedamus, vobis sub sigillo honorabilis viri domini Eberhardi de Hoemberg archidiaconi predicti — quo in hac parte vtimur — promittimus, et ad premissa omnia et singula nos presentibus concorditer obligamus.

Datum et actum anno domini M° CCC° XLquinto, jn crastino beati Nicolai.

Cujus mentio facta est sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

LXXVI.

1345, die 8. decembris.

Decani et capitula ecclesiarum in Hunenfeld et in Rastorf idem faciunt.

1.

Reuerendo domino domino Alberto, electo et confirmato in episcopum herbipolensem, necnon honorabilibus viris dominis

. . decano et . . capitulo eiusdem decanus et . . capitulum ecclesie sancte Crucis in Hunenfeld obsequij quantum poterint et honoris.

Ad requisicionem vestram et peticionem racionabilem nobis porrectam quibuslibet vestris iuris defensionibus opposicionibus et appellacionibus fiendis contra episcopalem prouisionem seu personam prouisi aut prouidendi a quocumque superiore in episcopum ecclesie herbipolensis predicte, licet supersedere possemus gauisi exempcione, a qua per ea que in hac parte facimus aut in futurum faciemus recedere non intendimus, nichilominus tamen in subsidium vestri iuris et conseruacionem sub spe vestre promocionis vna cum omnibus nostris vicariis missariis et altaristis astare et assistere intendimus cum effectu, et ad conplacenciam vestri fortissime adherere.

Jn cuius testimonium sigillum nostri . . capituli presentibus duximus appendendum, anno domini M° CCC° XLquinto, feria quinta post diem beati Nicolai.

Cujus mentio facta est sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

2.

Reuerendo domino domino Alberto, electo et confirmato in episcopum herbipolensem, necnon honorabilibus viris dominis . . decano et . . capitulo ecclesie herbipolensis decanus et . . capitulum ecclesie in Rastorf obsequii quantum poterint et honoris.

Ad requisicionem et racionabilem peticionem vestram nobis porrectam quibuslibet vestris iuris defensionibus opposicionibus et appellacionibus factis seu fiendis per vos contra episcopalem prouisionem seu personam cuiuscumque prouisi aut prouidendi a quocumque superiore in episcopum ecclesie herbipolensis predicte, quamquam supersedere possemus racione exempcionis qua hactenus gauisi sumus, a qua tamen per ea que facimus aut in futurum faciemus recedere non intendimus, nichilominus tamen in subsidium vestri juris et conseruacionem sub spe vestre promocionis vna cum omni-

Digitized by Google

bus nostris vicariis missariis ac altaristis astare et assistere intendimus cum effectu. et ad conplacenciam vestri fortissime adherere.

Jn cuius testimonium sigillum nostri . . capituli presentibus duximus appendendum, anno domini M° CCC° XLquinto, feria quinta post Nicolai.

Cujus mentio facta est sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

LXXVII.

1345, die 20. decembris.

Jch Beringer von Twingenberk ritter bekenne offenlich an disem brief: wan der erwirdig min gnediger herre her Albreht, erwelter vnd bestetigter ze eim byschof ze Wirtzburk, mir als liep getân hât, so han ich für mich vnd min min erben gelopt, im vnd sim stift ze dyenen vnd ze helfen wider allermeinglich, one wider minen herren hertzogen Rupprehten pfallentzgrefen am Ryn den eltern, von obersten die schierst kumt vier gantze jar.

Auch sol ich vnd min erben jm vnd sinem stift die vorgenanten vier jar gewarten mit der vesten Twingenberk. Vnd sol auch sin vnd sins stiftz offen hus sin wider aller meinglich, one auch wider minen vorgenanten herren hertzogen Rûpprehten.

Jch han auch mich für mich vnd min . . erben aller anspråch die ich zû im oder sim stifte biz vf disen hûtigen tak han oder gehaben môhte abgetân vnd vertzigen gar vnd gentzlich.

Des ze eim gezuknusse ist min insigel gehenket an disen brief, der geben ist nach Cristes gebûrt drutzehen hundert jar darnach in dem fûnf vnd viertzigesten jar, an sant Thomas âbent.

Sigillum BERNGERJ De TWJNGENBERC fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

Digitized by Google

LXXVIII.

1346, die 4. februarii.

Kaiser Ludwig verheisst dem erwählten und bestätigten Bischofe Albrecht seinen Schirm.

Wir Ludowig von gotes genaden rômischer keiser ze allen zeiten merer des reichs bechennen offenlichen mit disem brief, das wir dem erwirdigen Albrehten, erwelten vnd bestâten bischof ze Wirtzburg, vnserm lieben diemûtigen, bei vnsern genaden geheizzen haben, daz wir in, seinen fürstlichen gewalt vnd reht, sein laût vnd sein gût getriwlichen schirmen vnd versprechen wellen gen allermenclichen wa er vnserr genaden vnd schirms bedarff, als wir vnserm fursten billichen vnd von reht tûn sullen mit gûten triwen on geuârde.

Vnd daruber ze vrchunde geben wir im mit vnserm keiserlichen jnsigel versigelten disen brief, der geben ist ze Speir, an freitag nach vnserr frawen tag ze liehtmisse, nach Cristes geburt dreuzehenhundert iare darnach in dem sehs vnd viertzigsten iare, jn dem zwei vnd dreizzigsten iar vnsers reichs, vnd in dem neunzehenden des keisertûms.

Ludovici imperatoris sigillum quod dicunt majestatis, cujus tergo ejus secretum impressum est, fascia membranacea ex hoc diplomate suspensum est.

Digitized by Google

LXXIX.

1346, die 4. februarii.

Ecclesia herbipolensis octo jugera vineti in monte dicto Schalkberg siti Arnoldo dicto de Rotenstein magistro fabricae quoad vixerit concedit.

Jn nomine domini amen.

Nos Albertus de Hohenloch dei gracia prepositus, Eberhardus decanus, et . . capitulum ecclesie herbipolensis omnibus et singulis quorum interest uel intererit scire patefacimus, per hoc scriptum publice recognoscentes, quod — cum discretus Arnoldus dictus de Rotenstein, magister fabrice ecclesie nostre, et Gisela eius vxor, ciues herbipolenses, a prepositura et ecclesia herbipolensi tenerent in emphiteosim seu hereditario jure octo jugera uel circa vineti siti in marchia herbipolensi in monte dicto Schalkberg in loco dicto an der Bruech, de quibus decimam et mediam partem vini in eisdem crescentis nobis hactenus persoluebant — nos [ob] multiplicia obsequia nobis et ecclesie nostre per ipsum Arnoldum fideliter facta et efficaciter inpensa, tractatibus capitularibus super eo et deliberacione matura in capitulo nostro capitulariter pluries prehabitis, decimam et partem mediam vini huiusmodj remisimus dicto Arnoldo et remittimus per presentes, volentes et annuentes conmuniter quod dictus Arnoldus dictum vinetum in antea libere teneat colat et fructus inde percipiat absque omni solucione decime seu partis vini predictarum usque ad tempora vite dumtaxat jpsius Arnoldi. Quo defuncto dictum vinetum ad nos et nostram ecclesiam cum suis fructibus sicut tempore mortis jpsius Arnoldi inuentum fuerit libere deuoluatur, eo dumtaxat excepto quod, si idem Arnoldus vsque ad diem beatorum Philippi et Jacobi apostolorum quocumque anno vixerit et non ante ipsum diem mortuus fuerit, extunc fructus dicti-

Digitized by Google

uineti suis heredibus seu hijs quibus donauerit legauerit seu deputauerit cedere autumpno tunc proxime futuro tenebuntur.

Jn premissorum testimonium et robur presens instrumentum super hijs confectum nostris sigillis, videlicet . . prepositure et . . capituli predictorum, fecimus conmuniri.

Datum anno domini M°CCC°XLmo sexto, sabbato post diem purificacionis beate Virginis.

Jnsertae sunt hae litterae instrumento die 8 mensis februarii per officialem curiae herbipolensis exhibito ejusque sigillo fascia de ipsius documenti membrana confecta suspenso munito, quod conjuges praedicti cum omnibus et singulis articulis capitulis et conventionibus in eo contentis in quantum ipsos tangunt se ratum et gratum habituros et inviolabiliter observaturos promittunt.

LXXX.

1346, die 6. februarii.

Clerici archidiaconatus Rudolfi de Wertheim ad ordinationem de stabiliendo electionem et confirmationem episcopi herbipolensis inter Albertum episcopum electum et confirmatum necnon praelatos capitula et conventus herbipolenses die 28 mensis novembris anni 1345 statutam accedunt.

Nos Fridericus decanus in Bybera, Johannes kamerarius in Bercoch, ac plebani viceplebani cappellani missarii et eorum vices gerentes ceterique vniuersi et singuli per archidiaconatum honorabilis viri domini Rudolfi de Wertheim archidiaconi herbipolensis in media decania constituti recognoscimus et ad vniuersorum quorum interest aut interercrit infuturum cupimus noticiam peruenire, quod nos, canonice conuocati, capitulariter quoque congregati, diuersis hincinde inter nos tractatibus prehabitis, cupientes nos clero ciuitatis herbipolensis conformare, vniti sumus et vnionis conformitatem

in nos recepimus in hunc modum: quod . . nos vniuersaliter singuli et singulariter vniuersi opposicionibus appellacionibus aliisque defensionibus oportunis tam factis quam faciendis ex parte seu nomine reuerendi in Christo patris et domini nostri domini Alberti electi et confirmati in episcopum ecclesie herbipolensis ac capituli eiusdem ecclesie ac tocius cleri ciuitatis herbipolensis contra episcopalem prouisionem seu personam cuiuscumque prouisi vel prouidendi a quocumque superiore in episcopum ecclesie herbipolensis predicte firmiter et constanter volumus adherere assistere seu astare, nec huiusmodi prouisum seu prouidendum pro episcopo herbipolensi habere seu quomodolibet reputare, neque suis vel quorumcumque superiorum seu conmissariorum suorum monitis mandatis sentenciis siue penis, si sic dici merentur, occasione prouisionis pretacte siue factis siue fiendis vllatenus obedire.

Jn quorum omnium et singulorum euidens testimonium atque robur sigillum fraternitatis nostre de nostrum omnium consensu et collaudacione duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini millesimo CCC° XLmo sexto, feria secunda post diem purificacionis Marie virginis gloriose.

Cujus mentio facta est sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum fere omnino integrum est.

LXXXI.

1346, die 11. februarii.

Eberhardus de Ryedern decanus, totumque . . capitulum ecclesiae herbipolensis capitulariter et concorditer committunt Heinrico de Reynstein et Eberhardo de Hohenberg, concanonicis capitularibus in dicta ecclesia, archidiaconis, et insolidum cuilibet eorundem, plenariam libertatem et capitularem potestatem providendi de persona idonea infra hinc et proximum capitulum peremtorium ejusque diem inclusive per viam electionis seu aliam

quamcumque praepositurae ejusdem ecclesiae ut primum qualitercumque vacanti.

Persona autem cui de eadem praepositura provisum fuerit, ut praefertur, eidem provisioni infra triduum a tempore praesentationis provisionis ejusdem numerandum utique consentire debebit.

Datum Herbipoli, anno domini millessimo CCC°XL sexto, sabbato post diem beatae Agathae virginis.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

LXXXII.

1346, die 8. martii.

Das Dietricherspital vererbrechtet an die Wittwe Kunne Otte fünf Morgen Weingärten in der kürnacher Mark.

Jn gotes namen amen.

Jch Kunne etwenn Heinrich Otten seligen wirtin bekenne offenlich an disem brief, daz ich besitz vnd buwe zu erbereht funf morgen wingarten in kurnacher mark gelegen vf den rûthen, da stozet einsit an ein egerd die Bertholt Buschs ist, vnd andersit min wingarte. Von den selben funf morgen wingarten glob ich für mich vnd min erben zugeben ierlichs zinses eilf schillinge pfenninge vnd vierdhalp pfunt wahs vf sant Mertins tag alle iar dem kelner vnd den brûdern im spital zu sant Dietrich zu Wirzeburg, der daz eigen dez vorgenanten wingarten ist.

Auch han ich globt für mich vnd min erben den brûdern in dem vorgenanten spital, daz ich sal keufen ein gût daz eigen si vmb zehen pfunt heller zu einr vrsez zu dem vorgeschriben wingarten, daz sie irs zinses deste gwizser sin. Vnd wan ich die vrsaz kauft han, so sal ich jn darnach furbaz mer geben von dem wingarten daz vorgeschriben wahs vnd funfzehn schillinge heller, vnd niht mer zu zinse alle iar. Wer aber das ich die vrsez niht

Digitized by Google

keuft in sehs iarn zu zeln nach dem vnd diser brief geben ist, so sal ich jn den vorgeschriben zins — eilf schillinge pfenninge vnd das wahs — furbaz ewiklich geben von dem vorgeschriben wingarten alle iar on alle widerrede.

Vnd zu eim gezugniz diser vorgeschriben rede han ich die vorgenante Kunne vnd die vorgenanten brûder dez spitals gebeten den erbern herren den . . official rihter vor der roten tur zu Wirzeburg, daz er sin jnsigel hat heizen [henken] an disen brief. Vnd wir der itzgenant . . official bekennen, daz alle vorgeschriben rede vor vns geschehen sin. Vnd zu eim gezugniz daruber han wir durch bete willen der obgenanten ver Kunnen vnd der brûder des egenanten spitals vnser jnsigel heizen henken an disen brief.

Der geben wart da man zalt nach vnsers herren geburt druzenhundert iar dar nach in dem sehs vnd vierzigestem iar, an der mitwuchen nach dem ersten sunnetage in der vasten.

Diser dinge sin gezuge die erbern lûte: brûder Fridrich der caplan, brûder Henrich der kelner dez vorgenanten spitals, Gernot von Kolbenberg, Johan Kurnach gnant, vnd ander erber lûte vil.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

LXXXIII.

1346, die 31. martii.

Ecclesiae herbipolensis capitulum de fructibus praebendarum assignandis eorumque fructuum post annum gratiae deputatione per tres annos facienda ordinat.

1.

Jn nomine domini amen.

Nos Albertus de Hohenloch prepositus, electus confirmatus in episcopum, Eberhardus decanus, et . . capitulum ecclesie herbipolensis.

Quoniam non solum propter vrgentem neccessitatis legem non habentis articulum verum eciam secundum temporum et rerum variacionem et qualitatem plerumque rigori detrahi conuenit ac equitate

suadente lineam reflecti rigoris et in mititatem permutari dispensacionis, jgitur circa formam et ordinacionem per nos circa fructuum prebendarum deinceps assignandarum personis quibuscumque et eorundem fructuum post annum gracie ad fabricam ornatum et solucionem debitorum ecclesie nostre per tres annos deputationem et alia in eadem ordinacione nouissime facta statuta et ordinata duximus ordinandum et ordinando statuimus conmuniter per presentes: quod omnibus et singulis canonicis canonicatus et prebendas deinceps auctoritate capituli nostri pure adepturis, excepto tantum si canonicatus et prebendas a sede uel gracia apostolica seu eius auctoritate sibi conferri aut de eis sibi prouideri optinuerint, aut eciam proprio motu eis prouisum fuerit, ac eciam si gracias et litteras suas desuper aut super hijs sibi concessas capitulo nostro resignauerint et auctoritate capituli se in canonicos ecclesie nostre recipi seu admitti seu prebendas sibi assignari fecerint, si pecierint, gracia denegari non debeat, quin non obstante predicta ordinacione possint post annum gracie et unum annum fabrice ad percepcionem prebendarum suarum necnon ad uocem capitularem et ad diuisiones oblagiorum admitti iuxta formas et obseruaciones prius in nostra ecclesia hactenus ante predictam nostram ordinacionem nouissimam obseruatas.

Jn premissorum testimonium atque robur sigillum capituli nostri presentibus est appensum.

Datum anno domini M°CCC°XLmo sexto, feria sexta ante dominicam qua Judica decantatur.

Cujus mentio facta est sigillum ex utroque harum litterarum exemplari fascia membranacea suspensum est.

2.

Jn dei nomine amen.

Nos Albertus de Hohenloch prepositus, electus et confirmatus in episcopum, Eberhardus de Ryedern decanus, et capitulum ecclesie herbipolensis tenore presencium perceptoribus recognoscimus et patefacimus vniuersis, quod nostrum omnium et

Digitized by Google

singulorum ac capituli nostri intencio fuit et est, quinimmo eciam decreuimus et presentibus declaramus, quod nostra capitularis forma ordinacio et statutum super fructibus prebendarum deinceps assignandarum quibuscumque personis et eorundem fructuum post annum gracie ad fabricam ornatum et solucionem debitorum ecclesie nostre per tres annos deputacione et alia in eadem ordinacione seu eius occasione anno domini M°CCC°XL VI° feria quinta post dominicam Letare facta statuta et ordinata ad quoscumque ante eandem feriam quintam receptos nostra capitulari uel eciam alia quacumque auctoritate in canonicos predicte ecclesie uel aliquem eorundem receptorum extendi uel eos coniunctim uel diuisim conprehendere non debeant vllo vnquam tempore siue modo, neque eisdem receptis uel alicui ipsorum per huiusmodj formam ordinacionem statuta et ordinata suasve concomitancias seu sequelas in suis canonicatibus prebendis fructibus prouentibus seu aliis juribus suis quibuscumque coniunctim uel diuisim in eadem ecclesia preiudicium aliquod generari poterit aut debebit.

Jn cuius rei testimonium euidens atque robur sigillum nostri capituli de nostrum omnium mandato presentibus est appensum.

Actum et datum Herbipoli, anno domini M°CCC°XL° sexto, feria quinta post dominicam Letare.

Cujus mentio facta est sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum fere omnino decidit.

LXXXIV.

1346, die 24. aprilis.

Bischof Albrecht gibt dem Kloster Halsprunn fünf Morgen Weingärten in der randersackerer Mark abgabenfrei.

Wir Albreht von gotes gnaden erwelter vnd bestetigter ze eim byschof ze Wirtzburk bekennen vnd tun kunt offenlichen an

Digitized by Google

disem brief, daz wir den geistlichen lûten . . dem apt vnd dem . . conuent des closters ze Halsprunnen grawes ordens in dem bystum ze Eysteten gelegen vnd demselben closter fûnf morgen wingarten in der mark ze Randersacker gelegen, vnd die vns von Hugen gnant von Randersacker vf erstorben vnd ledig worden sin, vnd die hernach beschriben sten, reht vnd redlichen ze vrtât vnd ze eygen gegeben vnd ingeentwûrt haben geben vnd inentwurten an disem brief, sye furbaz eweclichen ze haben vnd ze niezzen. Vnd haben auch von besundern gnaden die selben wingarten aller bet vnd stûr ewiclichen ledig vnd los gelazzen vnd gesaget, vnd sie auch da vor gefriet an disem brief. So sint ditz die wingarten von den vor geschriben stet: zwen morgen an dem alten Berg, daran einsit Stintzinges vnd andersit des vorgenanten closters ze Halsprunnen; eyn morge zem Hagen, daran ze beyden siten der closenfrawen daselbs ze Randersacker; aber ein morge daselbs zem Hagen, daran einsit Heinrich Leytrech vnd andersit Heylman Rotendorf; vnd ein morge an dem Goldacker, daran einsiet Heinrich Hertzog vnd andersit Andres Wydenbach wingarten stozzen vnd rûren.

Vnd daruber ze eim gezucnûsse vnd waren vrkund ist vnser jnsigel gehenkt an disen brief, der geben ist ze Wirtzburg, da man zalt nach Cristes gebûrt drutzehen hundert jar vnd darnach in dem sehs vnd viertzigestem jar, an dem nehsten montak nach sant Georien tak.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum plus minus laesum est.

LXXXV.

1346, die 16. maji.

Jch Hans Truchsezz von Birke gnant ritter bekenne vnd tun kunt offenlich an disem briefe: wan der erwirdig min gnediger

herre her Albreht erwelter vnd bestetigter ze eim byschof ze Wirtzburg mir hundert pfund heller ze eim burkgůt vnd auch funftzig pfund heller ze stůr geben hat, so han ich fur mich vnd min . . erben globt vnd glob an disem brief, daz ich vnd min erben suln vnd wollen by dem vorgeschriben minem herren vnd sinem styft ze Wirtzeburg ewiclich bliben, vnd daz vorgeschriben burkgůt getruwelich verdienen. Vnd suln auch ewiclich sitzen vnd steticlichen wonen vf der vesten ze Ruheneck, oder anderswa by dem styft ze Wirtzeburg wa man dan wil, on° geuerde.

Vnd daz ich vnd min erben alle vorgeschriben dink also stet vnd vest halten, so han ich fur mich vnd min erben min jnsigel gehenket an disen brief, der geben ist ze Wirtzeburg, da man zalt nach Crists geburthe drucehenhundert jar vnd darnach jn dem sehs vnd viertzigstem jare, an dem nehsten dyenstag vor der crutze wohen.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

LXXXVI.

1346, die 16. junii.

Heinrici de Reinstein senioris, canonici et archidiaconi herbipolensis, testamentum.

Jn nomine dominj amen.

Nouerint vniuersi presencium inspectores presentes et futuri quorum interest seu interesse poterit infuturum seu eciam qui sua crediderint interesse, quod nos Heinricus de Reinstein senior canonicus et archidiaconus in ecclesia herbipolensi, licet mente et corpore sanus, condicionis tamen humane ineuitabile periculum desiderans preuenire, de rebus et bonis nostris subscriptis per presens nuncupat[iu]um testamentum disposuimus in hunc modum.

Digitized by Google

In primis instituimus et subscriptos bonis et rebus nostris Heinricum et Heinricum filios Liutwini de Heiligenstat fratris nostri, canonicos ecclesie Herbipolensis, heredes et successores nostros legitimos.

Propter specialis prerogatiuam dilectionis eorundem et grauium obsequiorum multiplicium nobis hactenus impensorum ac eciam impendendorum, quos commodius melius modo et forma quibus de jure possumus et valemus legamus per presentes bona subscripta. Primo videlicet curiam nostram in Gerlachsheim vnd zu dem Marmelstein vnd zu Ottingen domos curiales et molendinum curie dicte zu der Augesburger hof. sitas in ciuitate Herbipolensi. Item molendinum castri sui prope sanctam Afram. Item oblagium hereditarium in Grefen Rainfelt. Item curiam mansum cum suis pertinencijs et quosdam agros proprios quos iure empcionis tytulo eiusdem in villa et marcha supradictis. Item oblagium nostrum hereditarium in Bercheim. Item oblagia nostra hereditaria in superiori Bleichfelt. Item oblagium nostrum hereditarium in . . . heim. Item oblagium nostrum in Binsuelt. Item oblagia nostra in Steten, in Attenhusen, et in Gundersleiben. Item oblagia nostra in Sultzdorf et in Lindelbach. Item oblagium nostrum in der Steinbrecher gazzen. Item oblagium nostrum hereditarium in Egenhusen, cum vinetis an dem Alramesberge, et quodam molendino.

Predicta omnia et singula bona supradicta filijs fratris nostri modo et forma supradictis et subscriptis pure legauimus et legamus per presentes cum suis juribus obuencionibus pertinencijs et vsibus quibuscumque ac oneribus eorundem, vsufructu tamen eorundem bonorum nobis per duos annos post mortem nostram tunc proximos tantummodo reseruato. Onera tamen predictorum oblagiorum et bonorum per predictos annos per fideconmissarios seu alios quos ad recipiendum eosdem fructus deputauerimus debite volumus supportari.

Volumus eciam, quod supradicti filij fratris nostri de supradictis bonis, postquam ea vtifrui inceperint, infra spacium trium annorum inmediate subsequencium fratri eorum Heinrico de Reinstein ex parte patris fratris ordinis hospitalis sancti Johannis

jerosolomitani centum libras hallensium legalium et bonorum dare annis supradictis teneantur.

Jnsuper volumus et presentibus ordinamus, quod supradicti filij fratris nostri legatarij de bonis supradictis singulis annis quatuor libras hallensium et octo maldra tritici dare et porrigere pro canone teneantur capitulo ecclesie herbipolensis predicte racione oblagij hereditarij in Bucheim, per nos de consensu eiusdem capituli venditi, donec eidem capitulo redditus emerint et in locum dicti oblagij hereditarij et pro oblagio hereditario deputauerint pro quadringentis libris hallensium. Quibus redditibus sic emptis et in locum dicti oblagij et pro oblagio hereditario deputatis, prelibati filij fratris nostri legatarij predicti de eodem oblagio hereditario sic empto facere disponere et ordinare possunt et valeant prout de oblagijs hereditarijs in sepedicta ecclesia herbipolensi et secundum consuetudinem ipsius, seruatis tamen tenore modo et forma infrascriptis.

Jtem volumus et ordinamus ac presentibus filijs fratris nostri predictis legamus oblagium hereditarium in Otelfingen cum suis juribus obuencionibus pertinencijs et vsibus quibuscumque ac oneribus eiusdem, nobis a venerabili domino Heinrico de Hohenloch nostro concanonico preposito ecclesie sancti Johannis in Hauge pro quingentis libris hallensium rite ac canonice empto, sub gracia tamen reemendi eidem domino Heinrico per nos infra duos annos proximos facta, prout in litteris desuper confectis plenius continetur, jta tamen quod, si iamdictum oblagium ad eos deuolui contigerit, quod Heinrico fratri nostro aduocato in Trimperg vel filijs suis legittimis quingentas libras hallensium infra annum proximum subsequentem dare et soluere teneantur.

Jtem volumus et de predictis bonis inter predictos fratres legatarios nostros taliter ordinamus, quod si prefata bona ab altero eorundem in toto uel in parte vendicioni exponere contingerent, seu ea alter eorundem vendere vellet, quod huiusmodi bona vendere volens alteri suo fratri collegatario pre omnibus exhibere et vendere debeat ac teneatur, videlicet quamlibet libram hallensium pro sex libris hallensium, et quodlibet maldrum siliginis uel tritici pro quatuor

Digitized by Google

libris hallensium dimittere et dare ac vendere vtique teneatur. Si vero alter fratrum predictorum alteri fratri suo bona prescripta vendere eo modo quo predicitur voluerit et exhibuerit, ac responsum ipsius per dimidium annum a tempore requisicionis ac exhibicionis expectauerit, de quibus vtique per legittima documenta fidem per eum qui alterum requisierit fieri volumus et presentibus ordinamus, predicto vero dimidio anno elapso alteri cui voluerit et pro quanto potuerit — secundum tamen consuetudinem ecclesie herbipolensis — liberam habeat facultatem, jta tamen quod infra dimidium annum predictum aliter quam vt predicitur nil penitus valeat attemptare. Quod si fecerit aliter quam ut predicitur, volumus et presentibus ordinamus, partem dictorum bonorum eundem contingentem seu contingere debentem ad reliquum fratrem suum collegatarium deuolui penitus ac in toto, disposicione nostra predicta quo ad eundem et partem de predictis bonis nostris ipsum contingentem penitus non obstante.

Et idem in obligacionibus, si quas ab altero eorundem de predictis bonis fieri contingeret, volumus obseruari, videlicet quo ad exhibicionem et responsionis expectacionem supradictas.

Jtem volumus disponimus et presentibus ordinamus, ac plenam et liberam potestatem damus et mandamus predictis filijs fratris nostri legatarijs nostris et cuilibet eorum, vt sine contradictione quorumcumque seu cuiuscumque persone possint auctoritate sua propria predicta bona communiter et diuisim accipere, ingredi, ac se de eis intromittere, vendere, tradere, alienare, et obligare, modo tamen et forma supradictis.

Et hanc nostram vltimam voluntatem quo ad supradicta bona et disposicionem et ordinacionem ipsorum predictam valere et tenere volumus meliori modo et forma quibus eciam secundum consuetudinem ecclesie herbipolensis valere poterit et debebit, hoc saluo quod nobis liceat supradicta omnia et singula in toto vel in parte reuocare, alterare, inmutare, declarare, et interpretari, quandocumque et quocienscumque voluerimus secundum nostre libitum voluntatis.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium

Digitized by Google

atque robur sigillum nostrum ex certa nostra sciencia presentibus est appensum.

Datum anno dominj M° CCC° XLmo sexto, in crastino sancti Viti martiris.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

LXXXVII.

1346, die 7. necnon die 8. augusti.

Das Hochstift verkauft den Wein- und Viehzoll zu Heidingsfeld sammt einem Geldzinse daselbst unter dem Vorbehalte des Wiederkaufes um 300 Pfund Häller an Wolf von Grumbach und seine Frau Elsbet.

Wir Wolf von Gru˜mbach kneht vnd Elsbet sin elich husfrauwe bekennen vnd tun kunt offenlichen an disem brief allen den die in sehen lesent oder horent lesen, daz wir fur vns vnd fur alle vnser . . erben gesprochen vnd globt haben mit gůten triwen vnd on° geuerde, den kauf den wir vmb den erwirdigen vnsern gnedigen herren hern Albrehten erwelten vnd bestetigten zů eim byschof vnd sim stift ze Wirtzeburg reht vnd redelich getan haben vnd als die brief sagen die wir von im vnd sim styft daruber haben vnd die von worte ze worte hernach beschriben sten als verre vns vnd vnser . . erben daz an triffet stet ze halten, vnd da wider niht ze komen noch ze tůn mit deheinen sachen on allez geuerde.

So ist ditz der brief von dem vor beschriben ist.

Jn gotes namen amen.

Wir Albreht von gotes gnaden erwelter vnd bestetigter zu eim byschof ze Wirtzeburg bekenn vnd tun kunt offenlichen an disem briefe allen den die in

sehen lesen oder horen lesen, daz wir mit gutem rate vnd wolbedohtem mute vnd auch mit gunst willen vnd worte des capitels vnsers styfts ze Wirtzeburg dem vesten kneht Wolfen von Grumbach, Elsbeten siner elichen wirtin, vnd iren . . erben reht vnd redelich verkauft vnd ingeentwurt haben verkauffen vnd inentwurten an disem brief vnsern vnd vnsers styfts winzol vnd vihzol ze Heitingsuelt, den si vnd ir . . erben mit allen sinen renten vnd geuellen die dar zu gehoren fur sybencehen pfund heller jerlicher gulte haben vnd niezzen suln, vnd auch dar zů drucehen pfund heller gulte die wir vnd vnser styft jn vnd iren . . erben reichen vnd geben suln alle jar vf sant Mertins tak von vnsern vnd vnsers styfts bete daselbs ze Heitingsuelt, vmb drů hundert pfund heller geber vnd guter, die die vorgenanten . . keuffere vns vnd vnserm styft darumb an gereitem gelt gar vnd gentzlich bezalt vnd gewert haben, vnd die wir auch gegeben haben vnd kumen sin an die schuld des vberigen gelts des kaufs vmb Rotingen Jngolstat vnd Richemberg.

Doch ist geredt vnd gedingt, daz wir oder vnser. . nachkomen byschof, oder daz capitel des vorgnanten styfts ze Wirtzeburg ob dann niht byschofs da were, oder aber einer oder mer thumherren jn dem selben capitel, welhe dann wollen, jn dem selben rehten als hie geschriben stet mugen die vorgnanten zolle vnd die vorgeschriben drucehen pfund hellergulte vmb die vorgnanten . . keuffere oder ir . . erben widerkeuffen vmb drů hundert pfund heller, daz vorgeschriben kauf gelt, wan oder welhes jars man wil: doch also daz der selb widerkauf gesche ie des jars vf sant Peters tak der da vellet vmb die vasnaht, oder aber in viercehen tagen da vor oder in viercehen dar nach, vnd anders niht, on geuerde. Wer aber daz der selb widerkauf niht gesche vf den itzgnanten sant Peters tag oder in viercehen tagen dar nach on

Digitized by Google

geuerde, so suln die vorgnanten . . keuffere oder ir . . erben die vorgnanten zolle vnd gulte daz selbe jar furbazzer haben niezzen vnd innemen gar vnd gentzlichen. Swenn auch wir vnd vnser styft die vorgnanten zolle vnd gulte widerkeuffen wollen als vor geschriben stet, so suln wir vnd vnser styft den vorgnanten . . keuffern oder iren . . erben daz ein vierteil jares vor sagen vnd kunt tůn.

Wer auch ob die vorgnanten . . keuffere oder ir erben des vorgeschriben kauf gelts notlich bedorften vnd ez widerhaben wolten on° geuerde, daz suln si vns vnd vnserm styft auch ein vierteyl jars vor sagen vnd kunt tun. Vnd were dann daz wir vnd vnser styft die selben zolle vnd gulte dann niht widerkauften als vor geschriben stet, so mugen dann darnach die vorgnanten . . kauffere oder ir erben die vorgnanten zolle vnd gulte in dem selben rehten als si daz gehabt haben vmb drů hundert pfund heller verkauffen vnd ze kauf geben eim irem gnozzen. Vnd dem selben suln dann wir oder vnser . . nachkomen byschof vnd vnser styft ze Wirtzeburg sulch brief als die vorgnanten . . keuffere i°tz von vns vnd vnserm styft haben daruber geben on geuerde.

Wir haben auch gesprochen vnd globt fur vns vnd vnser vorgnant styft, disen vorgnanten . . kauf mit guten triwen stet ze haben, vnd da wider niht ze komen noch ze tůn mit gerihte oder on" gerihte, noch niman der da wider tůn oder komen wolt dez zu legen gesten noch gestaten mit deheinen sachen on° allez geuerde.

Vnd zu eim gezugnisse vnd waren vrkund aller vorgeschriben dinge haben wir geheizzen disen brief versigeln mit vnserm jnsigel daz dar an hanget.

des richs getriwen die disen brief sehent hôrent oder lesent, daz wir mit den bestetigûngen freyheiten vnd gnaden swie die sten vnd namen haben, wem vnd wohin in Franken wir die getan haben oder noch tûn werden, nicht gemainet haben noch mainen noch auch wellen, daz daz dem stift ze Wirtzburch vnd seinen gerichten freyheiten rechten vnd gewonheiten deheinen schaden oder hindersal bringen sol. Auch sûlln sie wyder den selben stift vnd seine gerichte freyheit recht vnd gewonheit keinerlay chraft oder macht haben.

Vnd des zû einer ewygen bestetikeit vnd waren vrkûnde ist mit vnserem kûniglichen jnsigel von vnser heizze wegen versigelt diser brief, der geben ist ze Nûrmberg, an sand Clementen tag, nach Crists gebûrt dreûtzenhundert jar jn dem siben vnd viertzigstem jar, jn dem andern jar vnserr riche.

Singulorum Caroli IV regis Romanorum sigillorum quae dicunt majestatis filis sericis coloris violacei et viridis ex utroque hujus diplomatis exemplari suspensorum alterum abscissum est.

CXIV.

1347, die 24. novembris.

Karolus Romanorum rex ne quid ab ullo in partibus Franconiae contra emunitatem ecclesiasticam cleri dioecesis herbipolensis tam saecularis quam regularis fiat sancit.

Karolus dei gracia Romanorum rex, semper augustus, et Bohemie rex, venerabili .. episcopo principi suo dilecto et honorabilibus . . preposito . . decano et . . capitulo ecclesie herbipolensis ceterisque . . prelatis . . personis ecclesiasticis secularibus et regularibus presentibus et futuris . . capitulis et . . conuentibus ecclesiarum ac monasteriorum ciuitatis et suburbiorum ac dyocesis herbipolensis deuotis suis dilectis quorum et quarum

Digitized by Google

gubernacio seu defensio in spiritualibus et temporalibus coniunctim vel diuisim ad episcopum ac ecclesiam predictos exnunc spectat vel infuturum spectabit graciam suam et omne bonum.

Officiosum regimen nostre regie maiestatis ad dei gloriam et honorem romani jmperij pro conseruacione libertatum ac jurium ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum quarumlibet ob augmentum cultus diuinj numinis gracia inspirante diuina satagit incessanter.

Nos itaque ad vestram supplicacionem deuotam hoc regali decreto et edicto statuendo sancimus, vt nulla . . communitas vel vniuersitas, nullique . . magistri . . rectores siue . . proconsules . . consules ac consilium neque . . scultetus seu . . sculteti . . centgrauius seu . . centgrauij ac . . scabinj seu . . judices siue . . justiciarij seculares eorumve potestas jn partibus Frankonie statuta edicta plebiscita condicta pactiones compromissiones conuenciones vel ordinaciones contra libertatem seu emunitatem ecclesiasticam vobis et ecclesijs ac monasterijs vestris per sanctiones canonicas ac jmperiales concessam seu de consuetudine siue antiqua obseruancia introductam vel in ipsius libertatis seu emunitatis derogacionem edere statuere condicere pacisci conuenire vel alias verbo aut scripto quomodolibet ordinare, nulla eciam persona singularis seu priuata — cuiuscumque preeminencie vel status extiterit — contra eandem libertatem seu emunitatem vel in eius derogacionem quicquam suis subditis precipere suisve iniungere . . conuicinis aut alias vllatenus facere seu attemptare in preiudicium ecclesiarum ac monasteriorum vestrorum suarumve ecclesiasticarum personarum coniunctim vel diuisim presumant vllo tempore seu presumat.

Si quis autem huiusmodi nostri decreti edicti statuti ac sanctionis transgressor extiterit, si communitas seu vniuersitas, uel . . rectores . . magistri siue . . proconsules . . consules ac consilium aut . . scultetus seu . . sculteti . . centgrauius seu . . centgrauij ac . . scabinj seu . . judices seu . . justiciarij seculares eorumve potestas fuerit seu fuerint, centum libras aurj; si vero singularis seu priuata persona, quinquaginta libras auri componant; medietate librarum ipsarum vtrarumque summarum camere nostre seu fisco romanj jmperij, ac residua medietate communiter ipsi . . episcopo herbipolensi pro

Digitized by Google

tempore existenti ac eciam ecclesie seu ecclesijs ac monasterio seu monasterijs vestris, cuius vel quarum seu quorum libertas seu emunitas ecclesiastica in se suive persona seu personis ecclesiasticis vt premittitur fuerit violata, jrremissibiliter vtique applicanda.

Preterea hoc decreto nostro regali statuimus et sanccimus, vt si communitas seu vniuersitas siue . . magistri . . rectores seu . . proconsules . . consules ac consilium aut . . scultetus seu . . sculteti . . centgrauius seu . . centgrauij ac . . scabinj seu . . judices siue . . justiciarij seculares eorumve potestas, aut eciam singularis seu priuata persona ante hanc sanctionem nostram in contrarium facere vt predicitur presumpserunt quomodolibet seu presumpsit, tunc huiusmodi forefacta quantocius post huiusmodi decreti et statuti nostri noticiam verbaliter et effectualiter reuocent et retractent seu reuocet et retractet, necnon communiter ipsi . . episcopo herbipolensi pro tempore existenti ac ecclesie aut ecclesijs seu monasterio vel monasterijs vestris, cuius vel quarum seu quorum libertas seu emunitas huiusmodi in se suive persona seu personis ecclesiasticis vt prefertur fuerit violata, emendam debitam et condignam ad arbitrium nostrum, seu . . regis siue . . jmperatoris Romanorum successoris nostri pro tempore existentis, vel nostrum seu nostrorum in ipso regno seu jmperio Romanorum successorum pro tunc in hac parte commissariorum vnius vel plurium, vel ipso regno seu jmperio Romanorum vacante sui commissarij fore in hoc casu debentis, scilicet venerabilis archipresulis maguntini, jpsius romani jmperij per Germaniam archicancellarij, metropolitanj vestri, pro tempore existentis jnfra octo ebdomadas proximas . . a requisicionis desuper faciende tempore numerandas faciat seu faciant vt tenentur. Alioquin huiusmodi communitas seu vniuersitas, persona seu persone publice seu officiate centum librarum aurj, persona vero singularis seu priuata quinquaginta librarum auri penis de quibus et vt prefertur jrremissibiliter vtique persoluendis jnfra duodecim septimanas subinde inmediate sequentes subiaceant eo ipso.

Vt autem presens regale nostrum edictum efficaciori diligencia obseruetur, quanto contra transgressores eiusdem edicti per exactionem penarum in eo contentarum, non seruato eciam juris ordine, vsque-

Digitized by Google

quaque facilius procedi valeat simpliciter et de plano, de plenitudine nostre potestatis regalis hoc indulto concedimus gracioso, vt ipse . . episcopus herbipolensis pro tempore existens ac . . prelati vestrarum ecclesiarum seu monasteriorum vel eciam quilibet ex . . canonicis ipsarum ecclesiarum seu ex monachis . . monasteriorum predictorum amministracionem in eisdem monasterijs habentibus dumtaxat quorum interest in hac parte coniunctim vel diuisim causam seu causas super violacionibus vestre ecclesiastice libertatis seu emunitatis vel super eiusdem libertatis seu emunitatis derogacione in preiudicium ipsarum ecclesiarum seu monasteriorum suarumque ecclesiasticarum personarum communiter vel diuisim indebite irrogatis vel eciam attemptatis contra . . violatores ac . . jmpeditores libertatis seu emunitatis huiusmodi absque mandato seu procuratorio earundem ecclesiarum ac monasteriorum suorumque . . capitulorum et conuentuum necnon personarum quorum interest in premissis jn nostra et . . successorum nostrorum in ipso regno seu jmperio romano curia, aut extra ipsam curiam coram vno vel pluribus . . nostris vel eorundem . . successorum nostrorum in partibus Frankonie seu Germanie . . vicarijs seu certis . . commissarijs in premissis, aut ipso regno jmperiove romano vacante coram venerabili . . archiepiscopo maguntino prefato tunc pro tempore existente, quem quidem archiepiscopum pro ipsius regni seu jmperij vacacionis tempore presentis sanctionis executorem et prouisorem ac certum ipsius regni seu jmperij vicarium seu commissarium in premissis dumtaxat de et cum plenitudine regie potestatis perpetuo constituimus in hijs scriptis, libere quidem prosequi penasque prescriptas cum suis accessorijs concomitancijs et sequelis a . . violatoribus huiusmodi ecclesiastice libertatis seu emunitatis exigere et recipere valeant, jn vsus quidem ipsius episcopatus herbipolensis et ecclesiarum ac monasteriorum vestrarum predictarum jniuriam vt prefertur passarum debite conuertendas, non obstantibus siquidem contra premissa vel aliquod premissorum legibus seu juribus jmperialibus ac ciuilibus et statutis locorum consuetudinibus rescriptis tam juridicis quam graciosis priuilegijs gracijs jndultis ac concessionibus quibuscumque ciuitatibus castellis oppidis alijsve locis seu suis

Digitized by Google

communitatibus seu vniuersitatibus ac . . magistris . . rectoribus siue . . proconsulibus . . consulibus seu . . scabinis ac . . consilijs aut . . personis singularibus cuiuscumque preeminencie siue status existant quibuscumque eciam tytulis seu nominibus censeantur a nobis vel diuis . . regibus seu . . jmperatoribus Romanorum predecessoribus vel successoribus nostris sub quacumque verborum expressione seu forma contra quorumcumque premissorum obseruanciam in toto vel in parte hactenus editis seu concessis aut inantea edendis seu eciam concedendis, nisi plenam et expressam ac de verbo ad verbum de huiusmodi nostris decreto edicto jndulto statuto et sanctione faciant mencionem. Que omnia contra premissa vel aliquod premissorum nulli volumus suffragarj.

Quod autem nobis licere non patimur jn premissis, nostris . . successoribus jndicamus.

Jn cuius rei roboris et testimonij firmitatem mandauimus hec sacra scripta nostre maiestatis regalis sigilli appensione solempniter comunirj.

Actum Nůrmberg, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione XV^a^, VIII° kalendas decembris, regnorum nostrorum anno secundo.

Nicolaus decanus olomucensis, aulae regiae cancellarius, vice et nomine reverendi patris domini Gerlaci archiepiscopi maguntini, sacri imperii per Germaniam archicancellarii, recognovit.

Singula Caroli IV Romanorum regis sigilla qnae dicunt majestatis filis sericis flavi coloris et rubri ex utroque hujus diplomatis exemplari suspensa sunt.

Quod diploma etiam Conradus de Nordelingen publicus imperiali auctoritate notarius transscripsit, jussus ab officiali curiae herbipolensis, qui recognovit, se illas litteras, in nulla sui parte vitiatas, sed sigillo cereo gilfo rotundo in filis sericis rubei et gilfi colorum pendente, continente in se euidentem apparentem imaginem ipsius regis, sedentem in solio regiae majestatis, et juxta hujusmodi imaginem in dextra parte clipeum cum aquila regni romani, in sinistra vero parte clipeum cum leone regni Bohemiae, in circumferentia quoque ipsius sigilli litteras in haec verba „Karolus dei gratia Romanorum rex semper augustus et Boemiae rex“ more curiae regiae sigillatas, vidisse manibusque

Digitized by Google

tractasse ac legisse. Qui quoque hoc instrumentum, signo Conradi praedicti solito consignatum, officialitatis sigillo fascia membranacea inde suspenso munivit, in civitate herbipolensi, in domo dicta Hesseburginhus, sub anno domini M° CCC° XL^mo^ nono, feria tertia post diem beatae Margaretae virginis, hora primae, praesentibus discretis viris Walthero de Rotenburg, Conrado de Monaco, Alberto de Wile, procuratoribus curiae herbipolensis, et Johanne dicto Buckeler, ad praemissa vocatis pro testibus et rogatis.

CXV.

1347, die 24. novembris.

Karolus Romanorum rex clero dioecesis herbipolensis tam saeculari quam regulari indulget quod laicos eciam de injuriis et in causis civilibus — publicis ac privatis — coram judiciis ecclesiasticis convenire possit.

Karolus dei gracia Romanorum rex, semper augustus, et Boemie rex, ad rei memoriam sempiternam.

Quoniam religiosa ecclesiarum ac ecclesiasticarum personarum sollicitudo ad prouocandam augendamque ecclesiastice deuocionis obseruanciam exigentibus eciam suarum virtutum meritis debet graciosis romani . . principis beneficiis premiari, nos itaque — exposcentibus multifariis venerande ab antiquo ecclesie herbipolensis gloriosorum martirum sanctorum Kyliani Colonati et Totnani sociorum, eius patronorum, ibidem a diuis quondam . . regibus ac . . jmperatoribus Romanorum quampluribus predecessoribus nostris multimodis libertatibus priuilegiis honoribus et juribus laudabiliter sublimate jn capite et in membris meritis probitatis — de graciosa pietate nostre regie maiestatis auctoritate jnperpetuum priuilegiando presentibus jndulgemus, vt nostri predilecti deuoti . . prelati . . clerici . . personeque ecclesiastice quecumque seculares et regulares presentes et future . . capitula . . collegia et . . conuentus ecclesiarum ac monasteriorum ciuitatis et suburbiorum ac

Digitized by Google

dyocesis herbipolensis, dediti siquidem multiformi officiorum cultui diuinorum, coniunctim et diuisim valeant laycales seu seculares ibidem . . personas jpsarum quoque communitates seu vniuersitates — cuiuscumque preeminencie status vel condicionis existant — eciam super jniuriis et actionibus seu negociis ciuilibus publicis ac priuatis coram . . judice ecclesiastico libere conuenire, eedemque mundane persone earumque vniuersitates seu communitates jpsis ecclesiasticis personis suisque . . capitulis collegiis et . . conuentibus in judicio ecclesiastico, non obstante excepcione declinatoria talis fori, respondere desuper teneantur, quemadmodum eciam jd alias in plerisque partibus Germanie, et precipue in prouincia maguntina, jn qua eciam predicta ecclesia herbipolensis consistit, de antiqua et racionabili consuetudine est inductum, legitimeque prescriptum, et a tanto tempore citra cuius jnitij memoria non existit jnuiolabiliter obseruatum.

Jn cuius rei roboris et testimonij firmitatem mandauimus hanc paginam de premissis conscribi, nostrique regalis sigilli appensione solempniter communiri.

Datum Nurenberg, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione XV^{a}, VIII° kalendas decembris, regnorum nostrorum anno secundo.

Nicolaus decanus olomucensis, aulae regiae cancellarius, vice et nomine reverendi patris domini Gerlaci archiepiscopi maguntini, sacri imperii per Germaniam archicancellarii, recognovit.

Caroli IV Romanorum regis sigillum quod dicunt majestatis filis sericis rubri coloris et flavi ex hoc diplomate suspensum est.

Digitized by Google

CXVI.

1347, die 3. decembris.

Clemens VI papa archiepiscopo pragensi et episcopo bambergensi facultatem poenas in Ludovici imperatoris jam mortui asseclas decretas — ejus vidua et liberis exceptis — relaxandi, conditionibus adjectis, concedit.

Clemens episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus . . archiepiscopo pragensi et . . episcopo bambergensi salutem et apostolicam benedictionem.

Romanus pontifex, misericordis Christi vicarius, libenter subditis miseretur errantibus, et non solum illis qui post lapsum eorum in devium contritis et humiliatis cordibus repetunt misericordie sue sinum apperit clemencie ianuam, sed de innata sibi benignitate lapsis dexteram porrigens eos retrahere ab jnuio et ad viam salutis dirigere sollicitudine paterna procurat.

Cum itaque, sicut intelleximus, nonnulli ecclesiarum et monasteriorum . . abbates et alij inferiores . . prelati et . . clerici ecclesiasticeque persone seculares et regulares exempti et non exempti diuersorum ordinum, necnon . . duces . . marchiones . . comites et . . barones ac . . milites et .. layci, communia quoque ciuitatum . . vniuersitatesque opidorum castrorum terrarum et aliorum locorum pro eo quod post et contra nostros et predecessorum nostrorum romanorum pontificum processus aduersus quondam Ludwicum de Bawaria hereticum et scismaticum manifestum eiusque . . fautores . . conplices et . . sequaces ac . . adherentes eidem hactenus habitos predicto Ludwico adheserunt, seu consilium auxilium vel fauorem prestiterunt, aut participauerunt preterquam in crimine heresis, cum eodem excommunicacionis suspensionis et jnterdicti ac alias penas et sentencias incurrerunt per eosdem processus contra talia presumentes generaliter promulgatas, nos — qui vices illius in terris quamvis inmeriti gerimus qui omnes querit saluos fieri et neminem wlt perire — desiderantes attente, huiusmodi abbates prelatos et clericos, necnon duces marchiones comites et barones milites ac alios supradictos reduci ad vnionem sancte matris

Digitized by Google

ecclesie, extra quam non est alicui gracia neque salus, ac de fraternitate vestra in hiis et in aliis plenam in domino fiduciam optinentes, abbates prelatos ac alios supradictos omnes et singulos, exceptis eiusdem domini Ludwici relicta et liberis, ab omnibus et singulis excommunicacionis suspensionis et jnterdicti sentenciis ab homine vel a iure prolatis quas propter premissa vel eorum occasione quomodolibet incurrerunt, postquam ipsi suos excessus errores et peccata huiusmodi coram vobis specifice confessi fuerint et humiliter absolucionem petierint, et in forma subscripta prestiterint corporaliter juramentum, juxta formam ecclesie absoluendi, et imponendi eis penitenciam salutarem, necnon interdicta quibus terre earum ex causis huiusmodi subiacent suspendendi et relaxandi, et nichilominus cum dictis abbatibus prelatis clericis et personis ecclesiasticis super irregularitate quam diuina — non tamen in contemptum clauium — celebrando vel inmiscendo se illis aut in susceptis ordinibus ministrando ligati huiusmodi sentenciis vel in locis ecclesiastico suppositis jnterdicto seu alias premissorum occasione contraxerunt dispensandi jpsis ad aliquod tempus maius vel minus secundum singulorum demerita a diuinis suspensis, sic tamen quod non temporale lucrum sed animarum salutem et commodum dumtaxat fraternitas vestra querat, plenam vobis et vtrique vestrum vsque ad aduentum . . legati apostolice sedis ad partes Alamanie, si eum illic destinari contigerit, et non ultra, concedimus facultatem.

Volumus autem, quod super absolucione presertim maiorum ac nobilium personarum ac iuramenti in forma predicta prestacione confici faciatis publicum instrumentum, quodque super absolucionibus adiciatis specialiter et expresse, quod — si aliquis predictorum, postquam per vos absolutus fuerit vt prefertur, et jnterdictum cui terre sue subiacent fuerit relaxatum, contra ea vel aliquod eorum que promittet et iurabit veniret — jn easdem relabatur sentencias ipso facto, et terre sue huiusmodj interdicto subiaceant sicut prius.

Forma autem confessionis faciende et iuramenti prestandi per illos qui sic absoluuntur talis est.

Ego confiteor, me tenuisse et tenere fidem katholicam, et credere ac tenere quod credit tenet et docet sancta

Digitized by Google

mater ecclesia, et credidisse et adhuc firmiter credere quod non spectat ad . . jmperatorem, papam seu summum pontificem deponere, et alium eligere vel creare, sed hoc hereticum reputo et heresim dampnatam per ecclesiam supradictam.

Jnsuper ad sancta dei ewangelia iuro, quod stabo et parebo mandatis domini nostri domini Clementis diuina prouidencia . . pape sexti et ecclesie romane super illatis iniuriis contumaciis rebellionibus fautoriis et aliis implicite vel explicite per me commissis, confessatis et non confessatis, ac ceteris penis quas incurri prolatis ab homine vel a iure propter premissa vel ea tangencia, et quod eidem domino pape eiusque successoribus canonice intrantibus fidelis ero decetero, eisque debitam reuerenciam et obedienciam exhibebo.

Domino preterea Karolo regi Romanorum tanquam regi Romanorum per eandem ecclesiam approbato obediam et parebo: et relicte ac filiis dicti Ludwici, quamdiu in rebellione ipsius ecclesie perstiterint, et prefato Karolo regi non obediuerint, ac . . hereticis et . . scismaticis et eorum . . sequacibus per dictam ecclesiam denotatis non adherebo, neque fauebo, nec quibuscumque aliis contra dominum papam regem et ecclesiam predictos dabo consilium auxilium vel fauorem, directe vel indirecte, publice vel occulte, quodque deinceps nulli vt . . jmperatori obediam vel adherebo nisi ille primitus fuerit per eandem ecclesiam approbatus. Nec cum eisdem relicta ac filiis dicti Ludwici aut quibuscumque . . aliis in rebellione ipsius ecclesie existentibus contra ecclesiam et regem predictos colligacionem obligacionem conspiracionem faciam siue ligam.

Volo eciam et consencio, vt — si, quod absit, inposterum me contra predicta que confessus sum et propter que incurri sentencias excommunicacionis suspensionis et jnterdicti prolatas ab homine vel a iure [venire], vel me eorum

Digitized by Google

aliquod vlterius facere contigerit, contra iuramentum per me prestitum veniendo, in predictas sentencias reincidam ipso facto.

Datum Auinione, III. nonas decembris, pontificatus nostri anno sexto.

Quae litterae patentes instrumento ab officiali curiae herbipolensis die 1 mensis julii anni 1351 exhibito ejusque sigillo fascia membranacea inde suspenso munito insertae sunt, qui quidem recognoscit se illas vidisse legisse manibusque tractasse, bulla plumbea secundum morem romanae curiae debitum et consuetum bullatas, non rasas non cancellatas nec abolitas, neque alias in sui parte aliqua viciatas, sed omni suspicione carentes.

CXVII.

1347, die 26. decembris.

Jch H[einrich] von der Tan von Byschoffesheim genant vnd Peterse myn elich wirtin vnd alle vnse erbin bekennen uffinlich an diseme bryfe allin den dy en horin oder sehen lesin, daz daz myt vnseme gutin willin ist, daz Sy[frit] vnse svn dyse gut vff gybit dy hy gescribin sten, da H[einrich] Gezziner uffe sizet, C[unrat] Centgrebe, vnd H[einrich] der Tobe, zu Antinhusen in dem dorf, vnd dry acker wingartin zu Wolpach.

Dyse gut gebin ich vor gescribin Sy[frit] uff, vnd inphan dy wider zv lehin von myme hern von Wurzeburg redelich vnd recht.

Des han ich vorgenant H[einrich] disin bryf bestedigit zv einer warhet diser dinge, vnd dorch bede willen mynes svnes dy da vorgescribin stet, anegehangin myt myme ingesigel.

Sub anno domini M° CCC° XL VIII°, in die sancti Stephani prothomartyris post natiuitatem Christi proxima.

S[igillum] HENRJCJ DE TANNA fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum integrum est.

CXVIII.

1348, die 2. januarii.

Ecclesia herbipolensis statum monasterii sancti Stephani tam in capite quam in membris quoad spiritualia et temporalia reformat.

[Primum capitulum de prohemiali ac exordiali conmendacione monastice religionis et precipue ordinis Benedicti beati.]

Jn nomine domini amen.

Albertus dei gracia electus in episcopum herbipolensem confirmatus ad rei memoriam sempiternam.

Quoniam sacra religio monachalis super tripertita radice — videlicet constancia obediencie que melior et quam victime, et abdicacione proprietatis, ac custodia castitatis — substancialiter profundata ordinis quidem regularis a sede apostolica approbati et precipue ac antiquius sancti Benedicti abbatis, cuius nempe ordinis sanctitatem et veneracionem documenta sanctorum . . patrum et temporalium habundancia quasi circumquaque demonstrant quibus eiusdem ordinis monasteria longe lateque in orbe terrarum diuina ordinante clemencia propter deuociones votiuas et obseruancias regulares ibidem ab antiquo pullulasse cernuntur, statum humane vite presertim contemplatiue in hac dei ecclesia militante amplius salubrius et perfectius regulando gubernat, ymmo ipsius sancti Benedicti regule . . professores ex voto et obseruatores in facto eciam superna benedictione beantur, vt eciam sanctorum decalogus plenius attestatur,

[Secundum capitulum de summaria presertim in spiritualibus reformacione monasterij sancti Stephani herbipolensis ordinis Benedicti.]

et quia solempne monasterium sancti Stephani prothomartiris

Digitized by Google

jn ciuitate nostra herbipolensi consistens ipsius ordinis Benedicti tam in capite quam in membris nostra reformacione salubri in spiritualibus et temporalibus infrascripta summe indigere censetur, et quia (ut sacer canon testatur) bone rei dare patrocinium seu consultum et presentis vite subsidium optinere et eterne remuneracionis premium expectare incunctanter speratur, propterea ut status ipsius monasterij in salubribus spiritualium profectibus et vberibus temporalium successibus secundum exigenciam sacrorum canonum et ipsius ordinis regulam seu regule instituta ac obseruancias regulares necnon statuta sacri concilij prouincialis ecclesie moguntine, metropolitane quidem ipsius ecclesie herbipolensis, in capite et in membris diuina largiente clemencia feliciter prosperetur ac debite perhennetur, ex debito nostri officij pastoralis jn virtute sancte obediencie et sub speramine premiacionis diuine ac formidine maledictionis eterne propensius exhortantes districtius precipiendo mandamus, quatenus dilecti in Christo . . abbas . . prior et . . conuentus ac . . conuentuales monachi eciam officiati ibidem pro tempore existentes tales vere existant quales esse dicuntur ac eciam esse debent de ordinis regula atque jure, vt nomina ipsorum consonent sic personis. Ob hoc quoque regularem vitam et monasticam disciplinam in omnibus secundum juris et ordinis instituta necnon laudabiles consuetudines ac consuetas obseruancias regulares ibidem jn quantum humana fragilitas sinit vtinam satagant obseruare, jn religionis quidem decore virtutum domino militantes, crucifigentes eciam cum vicijs et concupiscencijs carnem suam, necnon trahentes ad diuine maiestatis obsequia alios per exempla, vt ipsi obinde eciam benedici in hac vita et futura beari a domino mereantur.

[Tercium capitulum de electione regimine et potestate abbatis.]

Jnsuper quoque . . abbas decetero ut hactenus eligatur. Js autem ad huiusmodj prelature seu dignitatis gradum non precum suffragio sed meritis sorciendum alios debite antecellat, quem labor prolixior et vita religiosior meruerint anteire. Quicumque autem deinceps eciam auctoritate quacumque siue apostolica siue ordinaria

Digitized by Google

preficiatur in abbatem ibidem, hoc fieri debet expensis abbacie dumtaxat, et sine subsidio seu contribucione . . conuentus ac procuracionis ibidem. Necnon in abbatem prefectus sub mansuetudine paternali in officioso sue prelature regimine gerat vigilem curam et sollicitudinem diligentem, ut deo et . . superioribus suis valeat desuper et pocius de misericordia quam rigore reddere racionem: nimia namque rigoris uel penalis seu penitencialis asperitas non edificat sed corrumpit. Abbas itaque in regimine suo ad debitam salutiferamque sequelam domini nostri Jesu Christi incipiat facere et docere, et subditis presit salubriter, vtiliter quoque prosit, nec subditos friuole exacerbet temere inclamando uel indebite diffamando contra jus et ordinis regulam seu obseruanciam regularem: sed . . subditos secundum doctrinam ewangelicam et propheticam ac regularia instituta super excessibus non conmittendis et conmissis emendandis caritatiue et canonice moneat corrigat ac eciam disciplinet, non tamen subditos in furore suo arguat, neque in ira sua corripiat, nec contra eos indiscrete seu nimis rigurose indifferenter procedat, sed pro personarum excedencium et excessuum loci ac temporis qualitate opportune mitescat ac manswescat, benigne jnfundens sanando peccatoris wlneri vinum discipline cum oleo misericordie temperatum. Abbas quoque deinceps ut hactenus regat ibidem spiritualia et monasticas disciplinas ac obseruancias regulares que regulariter seu plerumque in . . abbatis pendent arbitrio id est moderamine seu judicio, non quidem secundum libitum sue proprie voluntatis, sed secundum magistram ordinis regulam ac juris exigenciam et laudabilem obseruanciam fidelissime vetustatis ibidem nec sine racionis siue discrecionis motiuis vtique dirigendo, eciam in suspendendis .. subditorum prebendis et ad mandatum . . abbatis mox per . . priorem .. cellerarium et . . conuentum ibidem in suspenso habendis secundum consuetudinem ab antiquo hactenus desuper obseruatam ibidem, habita tamen ne ipsi monachi egeant racione et in ipsarum relaxacionibus ac restitucionibus faciendis. Preterea . . abbas in officijs custodie cantorie et jnfirmarie ibidem instituendis et destituendis debite et decenter, ac eciam in suis ecclesiasticis beneficijs et in feudis mundanis ab abbacia procedentibus debite conferendis, ac in

Digitized by Google

suis juribus de eisdem, necnon in episcopalibus collectis alijsque subsidijs ac contribucionibus pecuniarijs cuicumque . . superiori aut pro defensione libertatum et jurium ecclesie herbipolensis in capite ac in membris alijsve suis negocijs conmunibus a . . clero ciuitatis et dyocesis herbipolensis pro tempore faciendis eciam non consuetis concedendis quidem ac admittendis ab ipso abbate vna cum alijs . . prelatis presertim ordinis ibidem in herbipolensi capitulo generali — prehabitis tamen cum suo . . priore et . . conuentuali capitulo tractatu et consilio desuper oportunis — pristinam habeat potestatem, nichilominus tamen sequentibus statutis et modis reformacionis huiusmodj monasterij in suo robore duraturis. Abbas quoque in disponendis negocijs arduis seu maioribus statum monasterij in capite et in membris presertim conmuniter tangentibus conuocet et assumat omnes suos conuentuales ac capitulares confratres ad tractandum desuper et habendum consilia singulorum: vbi enim multa consilia, ibi salus: vbi namque vtilitas publica ecclesiasticaque tractatur, et si minor dixerit veritatem, exinde nulla iniuria irrogatur maiori, et dominus sepe quod melius est juniori reuelat. Nullus autem suo sensui jnnitatur, seu proprij cordis voluntatem sequatur, aut eam procaciter defensare presumat, sed a quolibet animaduertatur solerter quod sapientis est consilium in melius conmutare. Quodque — ut sacrum concilium lateranense testatur — ordinacio maioris partis capituli per contradictionem uel appellacjonem minoris partis nichil racionabile opponentis ac eciam ostendentis uel eciam propter consuetudinem in contrarium juratam sed non seruandam vtique inpediri non debet, quinymmo preualeat et suum consequatur effectum quod a maiori et saniori parte capituli racionabiliter ac debite fuerit ordinatum. Minora autem negocia cum seniorum consilio dirigantur, quia factum cum consilio penitenciam non habebit. Jn omnibus quoque negocijs monasterij in capite ac in membris a . . prelatis et . . subditis attendatur consulte, quid liceat secundum equitatem, et quid deceat secundum honestatem, ac eciam quid expediat iuxta loci et temporis qualitatem et secundum vtilitatem conmunem et publicam non priuatam.

Digitized by Google

[Quartum capitulum de electione officio bonisque prioris.]

Prior vero claustralis per formam electionis . . cellerarij ibidem de quibus subsequitur eligatur. Sed quicquid in electione cellerarij debet fieri per priorem, hoc in electione prioris cellerarius prosequatur. Necnon tempus seu termini dierum in forma cellerarij eligendi expressi jn electione prioris, si opus fuerit, duplicari poterunt ac debebunt. Prioratus tamen annis singulis, ut cellerarie officium, non vacabit. Quilibet quoque electus in priorem prefici et benedici ab abbate, seu eo absente a vices eius gerente, ut ordinis est et moris debebit. Prior autem pre ceteris post abbatem sit potens in opere et sermone, ut exemplo vite verboque doctrine confratres suos et instruere possit in bono et a malo eciam reuocare, zelum religionis habens secundum consciencium regularem, vt delinquentes corripiat et castiget, obedientes vero foueat et confortet, ac eciam alias officium suum debite exequatur, supplendo eciam vices . . abbatis cum absens fuerit jn actibus quidem locis et temporibus debitis ac consuetis. Ad hec quoque . . prior a . . conuentu prebendam integram cum media in omnibus indifferenter habere, necnon ab abbate — vt eius vices in actibus locis et temporibus debitis et consuetis ibidem suppleat — ipse . . prior duas libras hallensium datiuorum, scilicet vnam in die sancti Martini, et reliquam in die beate Walpurgis, annis singulis optinere, ac eciam bona redditus census et jura prioratus hactenus ab antiquo eciam decetero retinere debebit.

[Quintum capitulum de obediencia subiectione et reuerencia conuentus ac conuentualium eciam officiatorum erga abbatem ibidem.]

Omnes autem et singuli de conuentu ac monasterio abbati ut filij patri discipulique magistro jn omnibus presertim spiritualibus licitis et honestis secundum juris exigenciam necnon precipue secundum ordinis regulam ac priscam seu antiquam ibidem obseruanciam regularem reuerenter obedire tenentur, debite attendentes quod vbi

Digitized by Google

contempnitur gubernaculum discipline restat ut religio naufrangetur.

Preterea monachi ab abbatis obediencia seu correctione debita appellare prohibentur a jure. Nichilominus quoque eis, ne id faciant, sub pena maiore seu culpe grauioris in hijs scriptis districtius inhibemus.

Nullus quoque monachorum eciam officiatorum cum suo . . abbate uel priore aut conuentuali confratre siue intra siue extra monasterium proterue contendere seu temere altercari, uel . . abbatem . . priorem seu quemquam suorum . . confratrum contra jus seu ordinis regulam infamare, seu iniurias excessus siue defectus brigosos personales siue priuatos siue conmunes contra . . abbatem seu . . priorem uel . . confratrem quemcumque ad quascumque forinsecas personas ad quas nichil de hijs que in monasterio sunt querulose siue alias contra jus seu ordinis instituta pandere seu deferre presumat: alioquin in premissis excedens, si et postquam de huiusmodj excessus veritate constiterit ut est ordinis atque juris ibidem, regulari subiaceat discipline.

Nullus quoque monachus sub pena monastice discipline absque . . abbatis uel . . prioris aut eis absentibus . . senioris de conuentu tunc presentis licencia antea inpetrata, videlicet ex causa necessaria seu honesta, monasterij limites egredi vllo modo presumat.

Preterea . . abbatem siue peditem siue equitem dictos limites exeuntem condecet sui de ordine cappellani sequela. Necnon . . priorem ac eciam quemlibet de conuentu similiter quo ad hoc extrinsecus presertim coram clero et populo eciam condecet . . conmonachi comitiua. Ve namque soli, quia subleuantem — si ceciderit — non habebit.

Demum ipsi omnes agnoscant, eis quidem omnem inordinatum seu exquisitum ornatum aut cultum ac quemuis notabilem excessum in vestibus suis, que nec longitudine nec breuitate nimia notari debent, et habere largas manicas usque ad pungnum protensas, non quidem consuticias uel quomodolibet botonatas; necnon in cibis potibus equitaturis et lectisternijs alijsque vtensilibus prorsus fore interdictum a jure. Quare excedentes in premissis uel alijs ab hijs debite refrenentur ac eciam corrigantur ut ordinis est et juris,

Digitized by Google

ne subditorum culpa in penam prelatorum ob culpabilem neglienciam eorundem vertatur.

[Sextum capitulum de officio bonisque custodis.]

Custos quoque per se et familiam suam fidedignam juratam habeat sollicitam gwardiam seu custodiam ipsius ecclesie tam de die quam de nocte. Necnon ecclesie thesaurum, volumina, vasa, vestimenta. ac vtensilia ecclesiastica, et ea que ad luminaria pertinent siue in cera seu sepo siue in oleo fideliter respiciat custodiat et conseruet. Attamen ipsa luminaria ad vsus diuinorum tantum officiorum ac eciam ad usus lampadis seu luminis ardere debentis singulis noctibus ab hora crepusculi usque ad diem de mane in dormitorio, sed non in refectorio, large sine defectu dispenset. Jnsuper lampades et luminaria accendat et extingwat; ac eciam horas canonicas pulset faciatve pulsari debite et consuete. Campanis quoque funes appendi; et januas ecclesie, cappelle sancti Michahelis, et cimiterij ibidem serari claudi ac eciam apperiri singulis diebus in temporibus oportunis; ecclesiam quoque vsquequaque et capitulum cum ambitu quociens indiguerint emundari ad mandatum . . abbatis seu . . prioris de pecunia custodie swauiter et caute cum aquarum dispersione ad precauendum nocumentum ornatuum ecclesie scoperi aliasque mundari procuret. Jn subsidium vero predictarum inpensarum suarum duas libras hallensium diuisim jn sanctorum Martini et Walpurgis diebus annis singulis a communi procuracione subscripta vtique optinere debebit. Quamprimum autem institutus fuerit . . custos, abbati coram . . priore et . . conuentu fidedata nomine juramenti promittat, premissa fideliter et solerter facere seu ordinare fieri absque vara. Nemini quoque intra uel extra monasterium, eciam nec . . abbati, acomodare concedere uel tradere quascumque reliquias sanctorum calices libros cappas seu alia ecclesiastica ornamenta ipsius monasterij ad alienandum seu obligandum aut deferendum extra monasterij potestatem absque . . abbatis . . prioris et . . conuentus certa sciencia et licencia speciali tenetur. Necnon absque mora ac fraude ab inicio quamprimum se

Digitized by Google

de possessione et clausura custodie intromittit tunc coram . . abbate . . priore et tribus . . senioribus capitularibus fratribus alijsque officiatis ibidem inscriptis duplicandis quidem — scilicet pro . . abbate et . . conuentu ex vna, et pro custode ab altera parte, videlicet sub recognicionibus testimonialibus et auctenticis . . abbatis et . . conuentus uel saltem alterutrius eorum sigillorum seu sigilli appensione firmandis — super omnibus et singulis ac precipue preciosis et notadignis jn custodia seu potestate custodis habitis et habendis jnuentarium, necnon coram eisdem ibidem demonstranciam seu demonstratiuam ad occulum ostensionem specificam et totalem de premissis annis singulis saltem semel, scilicet infra octo dies proximos post dominicam quasi modo geniti, vtique facere fideliter et solerter debebit. Custodia quoque sua antiqua bona et jura redditus atque census quos hactenus habuit eciam decetero retinebit.

[Septimum capitulum de officio atque bonis cantoris.]

Officium vero cantoris circa scolares potissime conuentuales ibidem in psalmodijs lecturis et attentibus scripturarum sacrarum, cantibus musicis, scolasticis disciplinis, obseruancijsque regularibus in claustro locis et temporibus oportunis beniuole et fideliter instruendos satagat studiose. Quiuis vero . . cantor bona et redditus ac census quos cantoria ibidem hactenus habuit ab antiquo eciam decetero retinere debebit. Nedum autem . . cantor sed eciam magister scolarum industriose aduertat, quod maiorem vim habet ad adiscendum quod oportet libera curiositas quam meticulosa necessitas, vt beatus Augustinus testatur.

[Octauum capitulum de officio jnfirmarij ac bonis et emolimentis jnfirmarie, et de remissione ad officium cellerarie, et de alijs sublatis officijs hospitalarie oblagij atque cene.]

Ceterum cum officium jnfirmarie sit propterea institutum, ut de bonis et prouentibus jnfirmarie pro modo seu posse ipsorum per ministerium jnfirmarij fratribus egrotantibus seu jnfirmis ibidem de

Digitized by

consolacionibus debitis et consuetis prouideatur solerter: quare quiuis jnfirmarius, quamprimum ab abbate fuerit institutus, teneatur coram . . abbate . . priore ac . . conuentu promittere fidedata nomine juramenti, ut premissa pro modo facultatum officij pro loci et temporis qualitate faciat absque vara, secundum moderatiuam tamen arbitracionem . . abbatis . . prioris . . cellerarij ac . . custodis et . . senioris de capitulo uel saltem trium ex eis, coram quibus eciam jnfirmarius de omnibus et singulis receptis et distributis ac aministracione officij annis singulis infra quindenam post diem beati Martini proximam eciam sub fide sua predicta specifice plenarie et debite conputacionis racionem irremissibiliter reddere vtique sit astrictus. Jnfirmaria autem, quicquid in bonis redditibus censibus ac juribus hactenus habuit ab antiquo, eciam ammodo retinere debebit. Suppellectilia vero, lectisternia, aliaque vtensilia ac clenodia que ut subsequitur ad jnfirmariam pro vsibus jnfirmorum seu debilium ibidem pro tempore fuerint deputata debent per . . priorem ac jnfirmarium in certo conseruaculo ibidem ad hoc congruo et serato cum duabus seris et duabus clauibus diuersis diuisim ab eis tenendis ad usus decumbencium jnfirmorum debiliumque ibidem solerter et fideliter preseruari: et ab hijs eciam demonstracio et racio de premissis coram . . abbate et . . conuentu fieri quociens fuerit oportunum debebit. Verumtamen jnfirmarie defectum pro vsibus jnfirmorum seu debilium monasterij procuracio conmunis secundum arbitrariam moderacionem . . abbatis . . prioris . . cellerarij et . . custodis ac . . senioris de capitulo uel saltem trium ex eisdem supplebit. Nichilominus eciam pro vsibus jnfirmorum infuturum alia emolimenta accedant, vt inferius continetur. Jn officina autem jnfirmarie, que in abbatis officina moderna seu loco habitacionis eiusdem hucusque, que eciam officina abbacie ab alia parte ipsius monasterij ecclesie et ambitus versus monasterium sancte Agnetis ibidem jnfuturum secundum tenorem eciam specialium litterarum desuper confectarum de nouo consistere perpetuoque manere debebit, processu temporis ad minus due stupe et duo cenacula habeantur diuisim cum dormitorio oportuno, coquina, famuloque conmuni, vt decumbentes jnfirmi pro se et alij distemperati seu minuti ac alias recreari seu consolari debentes de . .

Digitized by Google

abbatis uel saltem . . prioris licencia speciali pro se habeant sua comoda separata. Nichilominus quoque conuentuales ibidem eciam non jnfirmi absque molestacione seu inquietacione fratrum decumbencium eandem officinam eiusque comoda pro spacio et solacio intrare, eis quoque et conmunibus vtensilibus ibidem vti libere et licite poterunt ac debebunt.

De officio vero cellerarie, quod versatur circa temporalia conuentus, inferius continetur.

Officia autem hospitalarie oblagij atque cene de hoc monasterio canonice sunt sublata iamdudum, nec ammodo ibi esse debebunt.

Nulli quoque monacho in monasterio duo officia insimul conmittantur, nisi de abbatis prouidencia, eciam cum consensu capituli, propter euidentem necessitatem uel vtilitatem monasterij saltem ad tempus cum aliquo specialiter fuerit aliter ordinatum.

[Nonum capitulum de duodecim claustri abusionibus.]

Ad hoc eciam ex votiuo nostri regiminis debito firmiter inhibemus, ne in hoc monasterio lateant uel pateant sed prorsus et protinus perpetuo euanescant duodecim claustri abusiones, que habenas monachalis modestie ac regularis discipline relaxant, ymmo eciam religionis totam massam corrumpunt, scilicet prelatus negligens, discipulus inobediens, juuenis ociosus, senex obstinatus, monachus curialis, monachus causidicus seu brigosus, habitus preciosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolucio in choro, et irreuerencia circa dei altare.

[Has duodecim claustri abusiones enumerat Hugo de Folleto in libro secundo de claustro anime.

Sed ad religiosorum refrigerium est notandum, quod Cybrianus fecit librum de duodecim abusionibus seculi, que sunt hee: sapiens sine operibus, senex sine religione, adolescens sine obediencia, diues sine elemosina, femina sine pudicicia, dominus sine uirtute, christianus contenciosus, pauper superbus, rex iniquus, episcopus negligens, plebs sine disciplina, populus sine lege, asserens Ciprianus quod sic iusticia suffocatur. Et ibi singulas prosequitur

Digitized by Google

ordinate, sicut eciam notat Johannes Andreae in clementin. de statu monach. c. ne in agro § quia uero, in sua glo[sa] super uerb. ad curias principum.]

[Decimum capitulum de specifica et effectiua reformacione monasterij eciam in temporalibus, et notanter per tripertitam separacionem bonorum ac alias in subsequentibus prosequenda.]

Preterea pro reformacione salubri huius monasterij in capite et in membris, necessitate vrgente ac eciam euidente vtilitate swadente, nedum in spiritualibus sed eciam in temporalibus, et specialiter per modum ac sub forma licite seu iuste decentis et honeste ac eciam expedientis vtilis ac oportune discrecionis distinctionis seu diuisionis ac separacionis tripartite bonorum et jurium temporalium ipsius monasterij abbacie et conuentus jnter abbaciam quidem pro vna, et conuentum pro secunda, ac conmunem procuracionem subscriptam pro tercia quota, pro certis vsibus infrascriptis, ad jnstar eciam seu salubrem ac vtilem — experiencia que est magistra rerum efficax edocente — sequelam plurimorum eiusdem ordinis tam exemptorum quam non exemptorum reformatorum quidem per similem ac omnimodam discrecionem negociorum ac bonorum separacionem in multis mundi partibus monasteriorum, de salubri siquidem consilio et expresso consensu ac sollempni collaudacione dilectorum in Christo . . decani et . . capituli ecclesie nostre herbipolensis, necnon Hermanni eciam sancte sedis apostolice auctoritate prouisi abbatis, Frôwini prioris, tociusque . . conuentus, ac omnium et singulorum fratrum conuentualium ipsius monasterij santi Stephani jnfrascripta cum certis modis disposicionibus et statutis subscriptis, jn plerisque horum recolende memorie domini Ottonis episcopi herbipolensis predecessoris nostri vestigijs inherentes, sub hijs scriptis rite et irrefragabiliter statuendo prouide et solempniter ordinamus.

Digitized by Google

[Undecimum capitulum de numero conuentualium tam capitularium quam extracapitularium prebendarum.]

Jn primis quidem, quod ad minus viginti quinque monachi conuentuales ac clericales ibidem, duobus quidem de puerilibus seu scolasticis monachis semper pro vno conuentuali presbytero seu dyacono ad conplecionem huiusmodj numeri inibi conputandis, pro ampliacione diuinorum officiorum in eodem monasterio, propterea a beate recordacionis domino Heinrico episcopo herbipolensi predecessore nostro alijsque deuotis christifidelibus per tempora successiue ab antiquo solempniter fundato ac copiose dotato, perpetuo deinceps haberi, necnon congrue et debite et saltem consuete ab antiquo ac integre in victu et vestitu ac alijs oportunis prouisiones prebendales eisdem viginti quinque conuentualibus personis, in eodem quidem numero pretactis scolasticis monachis ut prefertur inclusis, quibus non integre sed quasi medie ut hucusque huiusmodj prebende seu prebendales prouisiones, ministrari debebunt. Huiusmodj autem . . conuentualium prebendatorum ibidem decem et septem, et non plures nec pauciores, debent esse presbyteri et capitulares confratres; tres vero tantum dyaconi et extracapitulares, sed utique emancipati de scolis; decem vero scolares ad minus sub habitu religionis ibidem de quinque prebendis integris sustentandi: et singuli horum scolarium tempore sue recepcionis ad claustrum adminus septennes aut supra, sed non ultra duodecimum annum in etate vtique fore debent, ut ipsi a puericia addiscant ordinem et asuescant.

Attamen si huiusmodj monasterij facultates processu temporis adeo excreuerint domino concedente, quod de eis plures persone conuentuales ibidem valeant congrue comode secure et debite sustentari, tunc huiusmodj conuentualium numerus iuxta loci dyocesani decretum et de . . abbatis . . prioris et . . conuentus ibidem consilio augeri ut juris est debebit, prout id tunc pro loci et temporis qualitate expedire visum fuerit ac consultum.

Digitized by Google

[Duodecimum capitulum de concessione seu collacione prebendarum.]

Verumtamen nec . . abbas sine . . priore et . . conuentu, neque . . prior et . . conuentus aut quisquam de conuentu sine . . abbate et . . conuentu seu conuentuali capitulo uel extra conuentum seu capitulum ibidem monachalem seu conuentualem uel eciam aliam extraordinariam prebendam seu prebendalem prouisionem ibidem vlli persone eciam precanti verbo uel facto directe aut indirecte publice aut occulte offerre uel spondere aut concedere dare conferre aut assignare qualitercumque presumat: quinymmo prebende seu prebendales prouisiones ibidem, quociens fuerit earundem defectus, per . . abbatem . . priorem et . . conuentum seu capitulum ibidem concorditer uel saltem maiorem numero partem ipsius tocius conuentualis capituli personis ydoneis capitulariter in conuentuali capitulo ibidem canonice concedantur, ac sic concesse eisdem personis per . . abbatem sua et ipsius . . conuentus vice et auctoritate tunc ibidem indilate et debite conferantur ac eciam assignentur: alioquin tunc ipsorum . . abbatis . . prioris et . . conuentus neglienciam in premissis loci dyocesanus ex debito sui regiminis pastoralis supplebit.

[Tredecimum capitulum de pecuniaria contribucione ex parte cuiuslibet in monachum de nouo recepti ad monasterium in reconpensacionem hereditarie successionis seu porcionis eiusdem, necnon de talis recepti parentum seu amicorum promissis monasterio faciendis.]

Porro, cum heredes legitimi alias eciam ingrati monachi facti propter professionem monachatus, qui eciam omnem maculam abstergit, de iure non debeant ab hereditaria successione seu eius legitima porcione excludi, eciam in contrarium consuetudine non obstante, ut sacri canones atque leges testantur, propterea . . parentes seu progenitores alijve heredes seu coheredes potissime proximiores cuiuslibet recipiendi in monachum ac volentis profiteri in dicto monasterio prebendandi, presertim habentis seu saltem habituri de jure successionem hereditariam seu eius legitimam porcionem,

Digitized by Google

jpsi monasterio saltem seu adminus decem libras denariorum herbipolensium ad redditus perpetuos conparandos pro fabrica et ornatu ecclesie ibidem ac eciam pro alijs vsibus conmunis procuracionis subscripte, necnon eciam quinque libras denariorum herbipolensium pro seruicio in hac parte debito ac consueto jndilate depagent ac persoluant jn satisfactoriam seu acceptam reconpensam successionis seu porcionis predicte debite quidem de jure ipsi monasterio ex persona ipsius recepti et professi ibidem et pro eo quod . . abbas et . . conuentus pro se et monasterio et specialiter pro ipso recepto et nichilominus ipsemet receptus huiusmodj successioni et porcioni cuilibet tam propinque quam remote certe et incerte sibi debite ac omni juri et actioni sibi desuper conpetenti exnunc ac conpetituro eciam infuturum rite generaliter plene et libere renuncient et a se abdicent jd jus totum, et hoc eciam suis patentibus litteris suorum sigillorum appensione munitis tradendis quidem ipsis . . parentibus seu heredibus debite recognoscant. Jn hoc itaque ipsius recepti . . parentele seu cognacioni magis quam monasterio huiusmodj prouide et vtiliter consulitur seu cauetur, nichilominus tamen saluis in premissis remanere decetero vt huc vsque debentibus primarijs precibus juribus priuilegijs et prerogatiuis cuiuslibet . . superioris presertim . . episcopi et . . abbatis ibidem.

Jnsuper eciam promissiones iurate uel saltem fidedata vice et nomine juramenti recipiende a cuiuslibet recepti huiusmodj parentibus ac consanguineis seu amicis pocioribus saltem tribus de fidelitate seu promouendo fideliter honorem et vtilitatem ipsius monasterij necnon suum dampnum premuniendo ac inpediendo proposse absque vara seu fraude vtique ex parte dicti monasterij debite postulentur et irremissibiliter acceptentur.

[Quartumdecimum capitulum de magistro scolarum.]

Rursus, vt ipsis scolaribus presertim conuentualibus proficiendi in moribus ac sciencijs saltem primitiuis et virtutibus via oportuna non desit, jn eodem monasterio continue teneatur magister, ab . . abbate quidem cum consilio et collaudacione . . prioris . . cellerarij

Digitized by Google

et . . cantoris uel saltem duorum ex eis ydoneus vtique assumendus, qui suos discipulos in premissis instruat diligenter, cum vna siquidem integra inibi prebenda seu prebendali prouisione in pane vino et cibarijs coquine dumtaxat cum tribus libris hallensium quolibet anno pro vestitu a . . conuentu ibidem debite sustentandus. Nec ad vllius mensam uel obsequium aliud astringatur, vt magis intendere valeat studio ac exercicio sui officij magistralis.

[Quintumdecimum capitulum de bonis abbacie, et quomodo et ad quos usus habeat ea abbas.]

Abbacia autem ac abbas pro tempore existens ibidem pro expensis ipsius abbatis confirmacionis seu prouisionis ac benedictionis auctoritate siue apostolica siue ordinaria fiendarum, necnon pro congrua et debita sui et suorum eciam ab eo appreciandorum ministrorum ac familiarium, necnon portenarij seu custodis exterioris seu conmunis porte ipsius monasterij, de quo eciam infra plenius continetur, sustentacione ac prouisione et apparatu decente in victu et vestitu ac alijs oportunis, et pro fabrica seu structura ac ornatu sue cappelle officine ac domorum et edificiorum continencium ac aliorum quorumcumque pertinencium quidem ad vsus ipsius abbatis et suorum specialiter et distincte, necnon ad tenendum seu habendum hospitalitatem licitam decentem ac consuetam ab antiquo dumtaxat ad libitum quidem . . abbatis pro honestatis gracia procurandam, et ad obsequendum more solito in vectura ac equitatura . . episcopo loci cum id a monasterio duxerit requirendum, absque . . conuentus tamen subsidio atque dampno, necnon ad ministrandum seu dandum ecclesie herbipolensi singulis autumpnis vini oblagialis duas vrnas claustralis mensure, jtem ad dandum . . priori duas libras hallensium datiuorum, scilicet vnam in die sancti Martini et reliquam in die beate Walpurgis annis singulis, vt . . prior vices . . abbatis suppleat, ut eciam suprafertur, jnfradescriptas villas suasque marchias et loca, et precipue jn ciuitate suburbijs et marchia herbipolensi ac in ipsis villis marchijs et locis ipsius monasterij seu pro jure dominij siue directi siue vtilis proprietatis seu possessionis

Digitized by Google

aliove titulo siue jure quocumque eiusdem monasterij judicium seculare quodlibet ac quodcumque et aduocaciam quamlibet seu quamcumque jdem monasterium et prout ab antiquo hactenus ibidem habuit atque habet, necnon mancipia seruos et ancillas, decimas quoque grani et vini aliorumque fructuum ac eciam fetuum animancium tam quadrupedum quam bipedum maiores et minutas, allodia ac predia rustica et vrbana, curias hubas et domos cum suis attinencijs quibuscumque, vineas quoque campos et agros cultos et incultos cum suis ascripticijs seu glebe ascriptis ac astrictis ac colonis, necnon siluas virgulta prata pascua piscinas aquas aquarum decursus cum exitibus et reditibus ac alijs juribus et attinencijs suis, necnon pensiones redditus et census annales annone seu bladi cuiuscumque pecunie numerate porcorum agnorum seu corporum agninorum aucarum pullorum ouorum caseorum cere olei sepi ac alterius maneriei seu speciei cuiusque, alia quoque bona inmobilia cum pleno eciam jure jnstituendi et destituendi cum herbergijs et juribus capitalibus dictis wlgariter herberge vnd hauptrecht et cum alijs suis honoribus et oneribus comodis et incomodis seruitutibus seruicijs prestancijs vtilitatibus ac alijs eiusdem monasterij pertinencijs et juribus vniuersis quesitis et inquirendis habitis ac habendis quibuscumque nominibus nuncupentur absque . . conuentu et eius potestate separatim habere ac perpetuo retinere debebit. Hec autem sunt loca in quibus pretacta bona abbacie consistunt. Primo videlicet jn ciuitate herbipolensi predicta: ciuile judicium quod et prout ipsum monasterium seu eius cellerarius nomine ipsius monasterij super homines et bona tantum circa idem monasterium ab antiquo hactenus habuit atque habet; jtem curia dicta der Spitelhof, contigua cimiterio ipsius monasterij, ad caupone seu vini vendicionis publice aliosque vsus necessarios seu vtiles abbacie; jtem decima vini retro et prope muros monasterij versus locum dictum zu dem Gra[b]-brunnen eciam ab antiquo abbatis. Jtem in marchia herbipolensi predicta: vinee cum partibus vini et cum decima vini de omnibus vinetis sitis in loco dicto an dem Jnnerslage prope nouum murum ipsius ciuitatis herbipolensis, cui ab vna parte strata publica versus villam Gerbrun et ab alia parte via publica

Digitized by Google

dicta die Steinbrechergazze conterminant seu confinant, eciam ab antiquo abbatis. Jtem in marchia ville Randersacker vineta ac decima vini sita in loco dicto an dem kernphet. Jtem in marchia ville Retzstat media pars decime vini predicti monasterij ab antiquo. Jtem in marchia opidi Karlstat vineta sita olim sororum jnclusorij predicti monasterij. Jtem in marchia ville Gozpoltzdorf vineta sita. Jtem in marchia ville Nutelingen quarta pars decime vini. Preterea villa Wlferichshusen, ac in ea et eius marchia omnia que ibi sunt et fuerunt monasterij prelibati, et specialiter cum redditibus et censibus annuis de ecclesia parrochiali ibidem ipsi monasterio hactenus persolutis. Jtem ville Echenhusen, Sal, Rotelmar, et Bar, jtem Nutelingen, Wern, et Retzstat, cum omnibus allodijs et predijs bonis et juribus in eisdem villis et suis marchijs ad ipsum monasterium pertinentibus ab antiquo. Jtem ipsius monasterij partes decime in villa Kramsneit et eius marchia. Jtem annui redditus annone in Jppensheim. Jtem annales census pecunie in villis et marchijs Ergersheim, Rudolfezhouen, Swebheim, Ermbrechtshouen, Pfaffenhouen, Karpach, Northeim, Fuhstat, Geroldeshusen, et Retzbach. Jtem in Sultzdorf dyocesis herbipolensis census pecunie cum omnibus suis pertinencijs vtilitatibus et juribus, exceptis tamen ibidem in Sultzdorf dumtaxat redditibus annone, tantum ad procuracionem subscriptam deinceps debentibus pertinere. Jnsuper subsequuntur census pecunie de nouo deputati abbacie jn ipsa ciuitate herbipolensi, qui prius ad . . conuentum et ad cellerarie officium pertinebant: primo de duabus domibus contiguatis et assitis predicte curie dicte Spitelhof, dictis quidem wlgariter zu der kemenaten et . . dicti Zorns, due libre et sex solidi hallensium cum octo hallensibus; jtem de domo et curia dictis zu dem mulner due libre cum dimidia et sex solidi cum dimidio hallensium; jtem de curia dicta zu dem schilte viginti quatuor solidi hallensium; jtem de curia dicta Strazburg viginti duo solidi hallensium; jtem de estuario quod wlgariter dicitur badstube prope monasterium sancte Agnetis quatuor solidi hallensium; jtem de domo et de curia Waltheri pistoris versus valuam sancti Stephani sedecim solidi hallen-

sium: jtem de curia dicti Tufel ibidem et omnibus alijs domibus adiacentibus spectantibus ad eandem curiam viginti sex solidi hallensium; jtem de domo prope fontem ante modernam portam ipsius monasterij sedecim solidi hallensium; jtem de domo quam . . dicta Tetelbechin inhabitat, que contigua est curie dicte zu dem schilte predicte, viginti hallenses; jtem de domo Johannis lapicide, que contigua est curie zu dem schilte, vna libra hallensium: summa horum censuum est vndecim libre cum dimidia hallensium et triginta quatuor hallenses. Ad hoc eciam in ciuitate herbipolensi predicta et eius suburbijs ac marchia annui census pecunie quos abbacia ibidem habuit ab antiquo, excepto tamen censu pecunie de domo dicta des mälers hus apud curiam wlgariter nuncupatam Weterungen retro cimiterium parrochie sancti Petri ibidem. Demum quoque molendinum dictum wlgariter ellenmul prope Herbipolim debet abbacie et conuentui insimul remanere. jta sane quod de omnibus vtilitatibus exinde secundum disposicionem . . abbatis . . prioris et . . cellerarij per tempora prouenturis ac debentibus prouenire tercia pars abbacie, sed relique due partes conuentui perpetuo attinebunt. Jn predescriptis itaque locis bona et jura predicti monasterij ab antiquo superius enarrata eciam cum suis oneribus annexis . . abbas nomine abbacie tantum et pro se ac suis ut eciam predicitur perpetim retinebit.

[Sextumdecimum capitulum de bonis conuentus, et qualiter et pro quibus usibus habeantur.]

Conuentus vero ipsius monasterij ad dandum perpetuo ac ministrandum . . priori ibidem conuentualem prebendam integram cum media in omnibus indifferenter, necnon omnibus et singulis conuentualibus prebendatis ibidem suas prebendas ac prebendales prouisiones in pane vino cibarijs cappis pellicijs ac vestibus calcijs minualibus ac alijs prestacionibus seu consolacionibus ab antiquo debitas et consuetas, et . . rectorem scolarum ut premittitur procurandum, necnon eciam ad prebendandum ad tempus in subsidium aliorum monasteriorum eiusdem ordinis . . monachos, per . . abbatem quidem . . priorem ac . . conuentum huiusmodj monasterij pro loci et

Digitized by Google

temporis qualitate caritatiue recipiendos seu admittendos, ut est ordinis atque moris. ac eciam ad sustentandum et appreciandum ministros et familiam necessariam ac eciam oportunam, ac eciam ad dandum et ministrandum . . plebano parrochie sancti Viti in Hocheim dyocesis herbipolensis in vas suum ante torcular in autumpno annis singulis vnam mensure herbipolensis karratam vini communis quod prouenerit de decima vini quod creuerit ibidem in monte Talsperg, necnon ad dandum et presentandum ecclesie Nouimonasterij herbipolensis super granarium et cum mensura claustrali eiusdem ecclesie tria maldra tritici in messibus annuatim, ac eciam eidem ecclesie duas vrnas vini oblagialis mensure claustralis annis singulis in autumpno, necnon pro structuris seu edificijs officinarum prioratus et cellerarie cellarij granarij et coquine conuentus aliorumque continencium ibidem et alibi edificiorum ad vsus conuentus et conuentualium ac suorum diuisim pertinencium quorumcumque secundum prouidenciam . . prioris . . custodis et . . senioris de capitulo conuentus uel saltem duorum ex eisdem debite pro loci et temporis qualitate vtique fiendis et eciam conseruandis, ac eciam pro alijs inpensis et oneribus conuentui incumbentibus quandocumque ministrandis et supportandis a . . conuentu dumtaxat jn locis jnfradescriptis predia rustica et vrbana, decimas maiores et minutas quascumque annone vini. et pecunie cuiuscumque pensiones redditus atque census quoscumque, alia quoque inmobilia bona et jura vniuersa et singula quesita et inquirenda ibidem eciam cum judicijs presertim villanis et aduocacijs et cum pleno jure instituendi et destituendi cum herbergijs seu hospicijs ac juribus capitalibus dictis wlgariter herberge vnd hauptrecht et alijs honoribus et oneribus comodis et incomodis vtilitatibus ac pertinencijs quibuscumque nominibus nuncupentur, que et prout omnia ipsum monasterium jure dominij siue directi siue vtilis proprietatis seu possessionis ac alio quouis titulo siue jure ab antiquo hactenus habuit et possedit ac eciam adhuc habet possidet atque tenet, decetero quidem absque . . abbate et eius potestate separatim habere et perpetuo retinere debebit. Hec autem sunt loca in quibus bona conuentui deputata consistunt. Jn primis quidem in ipsa ciuitate herbipolensi census

Digitized by Google

annui octo librarum et quinque solidorum hallensium de curijs et domibus prope ipsum monasterium situatis. Jtem specialiter curia dicta Weterungen et domus dicta wlgariter des malershus prope ibidem, cum suis attinencijs vniuersis. Jtem in Herbipoli eiusque suburbijs ac marchia: jn die beati Michahelis annui census duarum librarum quindecim solidorum hallensium cum octo hallensibus, jtem in die sancti Martini duarum librarum et quinque solidorum hallensium, jtem in epiphania domini duarum librarum ac decem et octo solidorum hallensium, jtem in die beate Walpurgis octo solidorum hallensium cum quatuor hallensibus, jtem in die santi Johannis baptiste decem solidorum hallensium, jtem singulis quatuor temporibus sex librarum et decem solidorum hallensium de domibus in doleatorum platea et de molendino dicto heringmul, jtem triginta quatuor solidorum hallensium de piscina prope Herbipolim, jtem viginti trium solidorum hallensium cum quatuor hallensibus de curia sancte Helene, jtem de molendino prope Herbipolim dicto ellenmul due partes vniuerse vtilitatis, prout eciam superius est narratum. Jnsuper in dyocesi herbipolensi: jn villis Ahusen et Frickenhusen et suis marchijs vnius libre hallensium seu circa. Demum de bonis quondam officij oblagij sitis hincinde in diuersis locis triginta duarum librarum hallensium seu circa census annuatim soluendi. Jtem de curia dicta Sunderhofen in Herbipoli sita redditus siue census vnius maldri tritici cum mensura herbipolensi dicta metze. Jnsuper vineta decima et partes vini de omnibus vinetis sitis in loco dicto an dem vzerslage ante valuam sancti Stephani herbipolensis versus villam Randersacker, quibus ab inferiori parte versus Herbipolim strata publica dicta Gerbrunnersteige confinat. Jtem vineta cum partibus et decima vini in loco dicto in der quetel. Jtem omnia vineta et partes vini que ab antiquo pertinuerunt ad officia cellerarie oblagij et cene sita in locis hinc et inde diuersis. Jtem vineta sita in locis dictis an der Lamprehtzliten, an dem hamersfuz, an dem Rotenberge, an dem rumel, vnd an der wolfesklingen prope Durbach, cum suis vtilitatibus vniuersis. Jtem bona et vineta ac decima vini in villa Tungersheim et eius

marchia herbipolensis dyocesis. Preterea vniuersa et singula predicti monasterij bona et jura ut supra in villis et suis marchijs Hocheim sancti Viti, et Gundersleben, Gadem cum sua cappella sancti Jacobi suisque attinencijs, et noua curia prope Gadem. Jtem in Durbach, Rosseberg, et Hettenstat herbipolensis dyocesis predicte agri quoque campestres dicti wlgariter uf den rodern prope Gadem et Hocheim sancti Viti cum suis attinencijs et juribus vniuersis. Jtem vinee in loco dicto amscharlachen in valle dicta leymental prope Rabenspurg. soluentes modo duodecim solidos hallensium. Jtem specialiter judicium et aduocacia ibidem in Hocheim, et capella sancte Martini ibidem in Hocheim. que cum suis pertinencijs et juribus vniuersis habitis et habendis totaliter decetero ad conuentum perpetuo pertinere, necnon per cellerarium ibidem ipsius conuentus nomine gubernari debebunt. Curia quoque claustralis pro torcularibus et cellario alijsque apparatibus oportunis pro necessitate ac vtilitate eiusdem monasterij apud cappellam huiusmodj construatur, et constructa persistat. Et cellerarius per se uel alium sacerdotem ex parte ipsius conuentus iamdictas duas cappellas et quamlibet earum saltem singulis alternis quindenis in diuinis officijs debite officiet ac officiari procuret: et ob hoc ipse cellerarius de officio missarum et regiminis tantum in choro ipsum contigente per annum aministracionis ipsius cellerarie esse exemptus seu supportatus debebit. Si autem perpetuum ecclesiasticum beneficium pro seculari presbytero cappellano cuiuscumque huiusmodj cappellarum fuerit canonice institutum, tunc juspatronatus ac collacio huiusmodj cappelle beneficij sicut et ecclesie parrochialis ibidem ad ipsum . . abbatem perpetuo pertinere debebit. Vineta quoque que monachi conuentuales ibidem in marchia Hocheim modo colunt et possident singulariter pro tempore vite sue dumtaxat, cum vacauerint qualitercumque, ad communes vsus conuentus deuolui et fructificare debebunt: attamen si quisquam huiusmodj vinetorum possessor post culturam saltem restracionis et ante vindemiam eorum decesserit, tunc ipsorum vinetorum fructus in solucionem debitorum defuncti uel saltem ad pios usus in monasterio fieri ordinatos licite a de-

Digitized by Google

functo, ut eciam inferius continetur, vtique conuertentur. Jnsuper in villis et earum marchijs Wernburghusen, Rodehusen, Baldungeshusen, Maspach, Boppenlur, Kololtzheim, Stamheim, Bachenbrunn, Otrichusen, et Sahermar. jtem in Witelshusen, Oppferbein, Bercheim, Nidernbleichuelt, Nusetze, Mulhusen, Kurnach, et Verspach, jtem in Eichsuelt, Kircheim, Butolbrun prope Sultzdorf jm Battengeu. Hotingen, Vilchgebunt, et Morstat eiusdem dyocesis herbipolensis cum suis bonis prouentibus juribus et vtilitatibus vniuersis, exceptis tamen et ad procuracionem subscriptam deinceps pertinere debentibus, scilicet redditibus duodecim maldrorum siliginis in Butelbrun cum metza herbipolensi, et sex siliginis et quatuor auene maldrorum in Morstat cum mensura claustrali, in villis scilicet iamdictis cedentibus annuatim. Preterea ipsius conuentus sunt eciam in opido Karlstat et eius marchia annui redditus duorum maldrorum siliginis; jtem in villa Vzzenheim et eius marchia annales redditus quatuor maldrorum siliginis et vnius libre hallensium, empti sub gracia reemendi; jtem in villa Remelingen et eius marchia eiusdem dyocesis herbipolensis de quibusdam agris annui redditus vnius maldri siliginis. Jn premissis itaque locis bona et jura predicti monasterij ab antiquo superius enarrata eciam cum suis oneribus ipse . . conuentus separatim ut premittitur perpetim retinebit, preter jus patronatus ac collacionis beneficiorum et feudorum spectancium ad abbatem inibi, ut prefertur.

Nichilominus tamen . . abbas et conuentus predicti bona sua huiusmodj separata ex causis necessarijs seu vtilibus, non sine consensu decreto et auctoritate loci dyocesani, aduinicem debite permutare valebunt.

[Septimum decimum capitulum de institucione duracione promissione aministracione et conputacione cellerarij conuentualis ibidem.]

Porro . . prior et . . conuentus ibidem debent pro gubernacione aministratiua ac procuratiua prouisione bonorum et jurium suorum

Digitized by Google

habere vnum de suo conuentuali capitulo ydoneum sacerdotem discretum quidem et fidelem ac legalem, et maxime in temporalibus circumspectum, pro cellerario seu sub nomine cellerarij, nominandum et instituendum seu preficiendum de nouo annis quidem singulis infra crastinum ascensionis domini inclusiue et octauam penthecostes eciam inclusiue, jta videlicet quod ipse ab .. abbate — seu eo absente a .. priore — prefici in cellerarium et benedici ut ordinis est et moris, ac eciam ut cellerarius annalis in proxima die ante diem sancti Viti de mane incipere ministrare debebit. Quem videlicet . . prior et . . fratres capituli conuentualis sub debito sancte obediencie ordinis et manualis fidei dacione ad manus . . prioris eciam ad manus .. senioris capitularis sic eciam promittere debentis fienda a singulis nomine juramenti desuper requirendi in capitulo concorditer uel saltem maior pars eiusdem .. capituli infra predictum crastinum et infra sextam feriam deinde proximam inclusiue eligendo nominare curabunt. Si autem infra iamdictum terminum, scilicet octo dierum, duo dumtaxat a duabus tocius capituli partibus equalibus ad cellerarie officium nominati fuerint seu electi, tunc . . abbas deinde infra triduum proximum alterum ex eisdem tantum electis super suam conscienciam per gratificam opcionem in cellerarium preficere poterit ac debebit. Si autem . . prior ac conuentuale capitulum seu eius pars maior infra predictum suum terminum priorum octo dierum nullum fecerit premissorum, quod absit, tunc post et infra predictam sextam feriam ante diem penthecostes proximam et secundam feriam inmediate sequentem et sic infra triduum inclusiue ad ipsum . . priorem alij capitulares confratres uel saltem maior numero pars eorum super suas consciencias ex ipsis capitularibus confratres quatuor nominare et deputare debebunt: qui quidem quinque uel saltem maior numero pars eorum super suas consciencias deinde tercia quarta uel quinta feria proxima sequente huiusmodj cellerarium nominent seu nominet preficiendum ibidem. Alioquin subinde infra residuum triduum, scilicet infra sextam feriam post diem penthecostes proximam inclusiue et infra octauam penthecostes predictam eciam inclusiue, ipse . . abbas — postquam, coassumpto sibi ad hoc priore, jpsorum fratrum capitularium singulorum ac vltimo

Digitized by Google

eciam ipsius . . prioris vota et motiua in hac parte sigillatim et sollicite habuerit requisita — tunc de . . cellerario magis ydoneo super suam conscienciam . . conuentui prouidere debebit. Quod si nullum premissorum infra totum tempus predictum factum fuerit, ut prefertur, extunc . . episcopus herbipolensis, seu sede vacante ipsius ecclesie capituli in spiritualibus vices gerens, jlla vice dumtaxat de ipso cellerario ydoneo ex dicto conuentuali capitulo vtique assumendo quantocius prouidere curabit, cum periculum sit in mora. Attamen in premissis omnis corrupcio seu reproba inductio precum precij odij ac fauoris prorsus cessare in premissis debebit. Quilibet autem . . cellerarius annalis dumtaxat debet statim ante aministracionem sui officij absque dilacione et contradictione . . priori suo et ipsius conuentus nomine et pro ac coram ipso . . conuentu in capitulo ibidem promittere fidedata, ac eciam sub stola ad sancta dei ewangelia juramentum prestare, quod ipse velit et debeat in omnibus et singulis sibi a . . conuentu creditis ac conmissis jn quantum nouerit et potuerit absque vara qualibet siue fraude vtilia facere, et invtilia pretermittere, ac eciam alias fideliter et legaliter aministrare et agere in huiusmodj cellerarie officio et ministerio pro necessitate et vtilitate conuentus et monasterij predictorum. Sic quoque juratus cellerarius huiusmodj officij sui aministracionem annalem plenariam et totalem in gubernacione judicij et aduocacie ville Hocheim supradicte, necnon super omnibus bonis ac familia conuentus instituendis et destituendis de nouo, ac eciam in decimis colligendis et locandis, jn recipiendis eciam herbergijs seu pecuniarijs seruicijs pro eisdem ac juribus capitalibus dictis wlgariter herberge vnd hauptrecht alijsque juribus monasterij ac conuentus hinc-inde indagandis ac requirendis, non tamen in premissis sine scitu et requirendo consilio . . prioris . . custodis et . . senioris de capitulo uel saltem duorum ex eis, necnon in redditibus censibus fructibus ac alijs prouentibus vniuersis . . ipsius conuentus recipiendis et distribuendis pro . . conuentus necessitate et vtilitate habere et agere diligenter debebit. Ac eciam teneatur sub debito sui juramenti predicti, huiusmodj recepta et distributa omnia et singula pro tempore sui officij sine vara seu fraude successiue locis

Digitized by Google

et temporibus oportunis inscriptis redigere seu facere annotari, necnon . . priori et . . conuentui ibidem ad minus duabus vicibus, primo infra octo dies proximos post diem beate Katherine virginis, et secundario infra octo dies proximos ante diem sancti Viti, de omnibus et singulis vtilitatibus perceptis et distributis in huiusmodj officij aministracione plenariam et specificam reddere racionem: et de hoc semper fieri et hincinde dari recessus litterales et fidedingni debebunt. Preterea cellerarius pro sui officij cooperatiuis ministris vnum scolarem seu virum litteratum scribere scientem prouidum ac fidelem, ac alium laicum seruitorem, expeditos ac fidedignos ac sibi et . . conuentui de fidelitate et vtilitate conuentus ac monasterij promouenda et dampno suo premuniendo seu precauendo proposse absque vara siue fraude juratos ac juramento astrictos, necnon duos equos si opus fuerit pro ipso officio peragendo continue habere et tenere debite teneatur, de officio siquidem quatuor libras denariorum herbipolensium dumtaxat — scilicet duas jn festo sancti Martini, et alias duas libras in festo beate Walpurgis — pro sua mercede annua habiturus. Verumtamen huiusmodj cellerarius, licet annalis tantum ut prefertur existat, suumque officium et ministerium annis singulis jn die sancti Barnabe apostoli expirare ac vacare eo ipso vtique dinoscatur, propter ipsius tamen notabilem seu probatam industriam legalem ac diligenciam fructuosam poterit annis pluribus eciam inmediatis de expressa voluntate et collaudacione . . prioris et . . capituli conuentualis ibidem uel saltem maioris partis ipsius capituli in ipso officio remanere, seu ad id denuo ut prefertur recipi ac assumi.

[Octauum decimum capitulum de bonis procuracionis, ac pro quibus vsibus deputantur, et per quos et quomodo gubernantur.]

Deinde procuracio conmunis tam abbacie quam conuentus ipsius monasterij pro fabrica seu structura ecclesie ibidem intus et extra, et campanilium seu turrium cum campanis, ipsiusque ecclesie continencium edificiorum, scilicet cappellarum sanctorum Michahelis et Gregorij, custodie, cimiterij, capituli seu domus capitularis,

Digitized by Google

dormitorij et refectorij vtriusque cum eorum necessarijs ac conmodis quibuscumque conmunibus ac publicis sed non priuatis, ambitusque claustralis, cisterne, ac comodorum cantorie et rectorie scolarum ibidem, necnon pro ornatu ecclesie, ac pro libris calicibus et alijs ornamentis ecclesiasticis quibuslibet necessarijs ac vtilibus conparandis, ac eciam pro concessis ut prefertur pro tempore ac admissis collectis episcopalibus ordinarijs et subsidijs extraordinarijs eciam non consuetis suis quidem . . superioribus tunc soluendis, ac pro contribucionibus pecuniarijs vna cum . . clero herbipolensi quociens fieri oportuerit pro defensione ecclesiastice libertatis alijsve suis conmunibus negocijs prosequendis, necnon eciam pro speciali defensione priuilegiorum libertatum et jurium ipsius monasterij necessitate vrgente seu vtilitate swadente in capite et in membris conmuniter ac diuisim, necnon ad dandum et ministrandum annis singulis de solita gracia pocius quam de jure . . conuentui sanctimonialium monasterij sancte Afre herbipolensis quatuor solidos hallensium jn die palmarum et totidem solidos hallensium jn vigilia ascensionis dominj, cum tamen tunc conuentus ipsius monasterij sancti Stephani cum processione illic veniat ut est moris, jtem viginti quatuor solidos hallensium jn die cene dominj ad conparandum bonum vinum et nebulas ac alia oportuna ad mandatum seu officium peragendum in hoc monasterio sancti Stephani more debito et consueto ibidem, et decem libras hallensium diuisim nomine consolacionum jn anniuersarijs inferius annotatis, necnon ad conparandum mattas in choro ibidem tempore hiemali, jtem ad soluendum inpensas sepulcrorum ibidem et feminarum deuotarum obsequencium vt moris est ad exequias confratrum mortuorum ibidem, necnon ad dandum duas libras hallensium custodi ac custodie in subsidium suarum in officio inpensarum, ac eciam ad soluendum nomine huiusmodj monasterij et pro eo annis singulis ecclesie herbipolensi duo maldra tritici, decem et octo maldra siliginis ibidem vicarie curie dicte Krutheim cum antiqua mensura herbipolensi dicta sumerin, sed ipsi . . canonici et . . vicarius herbipolensis debent recipere seu facere recipi expensis eorum tempore messium in granario ipsius monasterij aliasve ibidem, jtem sex libras hallensium annuatim nomine aduocacie,

Digitized by Google

videlicet duas Wolframo de Grunbach, duas Johanni de Grunbach, fratribus armigeris. et residuas duas libras Heinrico dicto vom Biber ciui herbipolensi, heredibus quoque suis, jtem annis singulis quinque solidos hallensium ecclesie sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolenses, jnsuper eciam ad supplendum notabiles defectus prouentuum et ministeriorum officij jnfirmarie ibidem in refocillandis et procurandis fratribus inibi debilibus seu infirmis jnfrascriptos redditus annone de bonis infrascriptis et oblaciones seu prouentus pecunie annalis necnon accessoria emolimenta seu accessiones bonorum de quibus infra annotatur separatim habere et perpetuo retinere debebit. Sed quociens huiusmodj procuracio seu eius prouentus defecerint in premissis seu aliquo premissorum, tunc tociens . . abbas seu abbacia pro tercia, conuentus quoque pro duabus partibus, in pecunia contribuenda defectum huiusmodj debite supplere sine mora debebunt. Attamen si contigerit infuturum quod . . clerus herbipolensis suo . . superiori dare ac soluere decimam decime oportebit, extunc tam abbacia quam conuentus necnon procuracio huiusmodj sua decimanda de jure diuisim decimare debebunt. Redditus autem oblaciones et prouentus huiusmodj monasterij procuracionis per ordinem hic secuntur. Primo videlicet in villa Sultzdorf et eius marchia annui redditus sexaginta quinque maldrorum siliginis mensure claustralis de allodio alijs quoque bonis ibidem, et de quibusdam agris campestribus in marchia ville Aldersheim, ad ipsum monasterium jure dominij spectantibus ab antiquo; jtem in villa Rotelse et eius marchia sitis in dem Battengeu versus opidum Mergentheim de allodio ibidem suisque pertinencijs monasterij predicti octo maldrorum siliginis et quatuor maldrorum auene claustralis mensure; jtem in villa Butelbrun sita versus castrum Bûtert et eius marchia de bonis que colit matrona dicta Tentzerin duodecim maldrorum siliginis cum mensura herbipolensi wlgariter dicta metze; jtem in villa Morstat et eius marchia de allodio ibidem suisque attinencijs predicti monasterij sex maldrorum siliginis et quatuor maldrorum auene cum mensura claustrali; jtem in villa Hocheim sancte Margarete et eius marchia eiusdem dyocesis herbipolensis de certis bonis ibidem ad dictum mona-

Digitized by Google

sterium pertinentibus ab antiquo trium maldrorum cum dimidio siliginis cum predicta mensura dicta metze jpsi procuracioni nomine dicti monasterij et pro eo tempore messium annuatim soluendi. Preterea sacrificia ac oblaciones que cedunt ac cedere possunt annis singulis in festo sancti Viti in parrochia ville Hocheim et per circulum cuiusque anni in parrochia ville Gundersleuben eiusdem dyocesis herbipolensis, que pertinent ad monasterium sepedictum, predicta procuracio optinere debebit. Attamen abbacia pro media et custodia ibidem pro reliqua parte ceram et candelas que ibidem in Hocheim tunc pro tempore oblate fuerint participare debebunt. Si autem huiusmodj in Hocheim sacrificium seu oblaciones annue ab ipso monasterio . . plebano ibidem acceptare volenti pro sua annua carrata vini a . . conuentu ut premittitur ministranda inposterum fuerint deputate, tunc ipsa procuracio in reconpensam sacrificij ac oblacionum huiusmodj in Hocheim eandem carratam vini habere annis singulis in autumpno debebit. Demum eciam bona redditus et census existentes hactenus abbacie seu conuentus ibidem de quibus supra inter bona abbacie seu conuentus separatim expressa nulla fit mencio expressiua predicta procuracio perpetuo retinebit. Cellerarius autem ex parte . . conuentus, et vnus ex capitulo conuentuali ibidem ad hoc ydoneus per . . abbatem super suam conscienciam quantocius deputandus ex parte abbacie, huiusmodj procuracionis . . procuratores seu prouisores aministratores et dispensatores prouidi et fideles ac de fidelitate et vtilitate pro sua possibilitate et sine vara seu fraude in huiusmodj procuracionis officio fideliter procuranda jurati et astricti desuper esse debent. Pecunia quoque ex procuracione qualitercumque et quandocumque proueniens debet quantocius in custodia deponi et seruari in conseruaculo speciali, serato quidem cum tribus seris et clauibus diuersis, quarum vnam . . prior, secundam cellerarius, et cius . . socius iamdictus terciam retinere debebunt, jn premissis vero, presertim in faciendis structuris, et ornatibus ecclesie conparandis, ac procurandis ut prefertur infirmis secundum consilium et iussum . . abbatis . . prioris . . cellerarij . . custodis et . . senioris de capitulo ibidem aut saltem maioris numero eorum par[ti]s

Digitized by Google

vtique processuri, et nichilominus de omnibus et singulis vtilitatibus perceptis et distributis in huiusmodj procuracionis aministracione coram . . abbate . . priore et . . conuentu uel saltem senioribus capitularibus et officiatis de conuentu plenariam et specificam racionem inscriptis annis singulis infra octo dies proximos ante diem sancti Viti, ac eciam pluries si . . abbas et . . prior senserint id fieri expedire, et precipue quociens per eos noue fient structure debite reddituri, et proinde annis singulis quatuor libras hallensium tantummodo pro conmuni eorum sallario habituri. Abbas quoque suum in hac parte . . conmissarium supratactum infra octo dies iamdictos si oportunum fuerit poterit alterare: ac extunc alium ex capitulo ad hoc ydoneum subrogare debebit. Postquam autem et quociens huiusmodj procuracio processu temporis in bonis ac prouentibus suis longe ultra modum suorum vsuum seu effectuum predictorum excreuerit ac supra habundauerit domino concedente, extunc huiusmodj superhabundancie bona cum decreto loci . . episcopi necnon consensu ac collaudacione . . abbatis . . prioris et . . conuentus ibidem uel saltem maioris partis eiusdem conuentus ipsi abbacie pro tercia et . . conuentui pro duabus partibus debite applicari debebunt, salua tamen nichilominus procuracione huiusmodj in sua substancia ac efficacia copiosa perpetim remanere debente.

[Decimum nonum capitulum de augmento ornatus ecclesie per abbatem institutum de nouo, et de alio remedio salutari abbatis.]

Preterea . . abbas quilibet ibidem infra triennium a tempore adempcionis possessionis abbacie proxime numerandum de serico cappam choralem et casulam dalmaticam diaconalem ac subtilem seu subdiaconalem tunicam cum suis apparatibus debitis et consuetis precij seu valoris triginta librarum hallensium pro ornatu ipsius ecclesie absque ulterioris more diffugio expedite et irremissibiliter conparare dare et ad custodiam ibidem presentare debebit.

Nichilominus quoque quiuis . . abbas ibidem, diuinitus inspiratus, siue in vita siue in morte de exstantibus fructibus seu rebus mobilibus abbacie quinquaginta libras hallensium ad diuinos seu pios

Digitized by Google

vsus intra et non extra ipsum monasterium ob laudem dei et pro remedio anime sue prout voluerit deputare et ordinare poterit ac debebit. Nec id suus . . successor inpedire valebit, dum tamen ipse . . abbas hoc ordinans non sit alias tantis soluendis debitis obligatus. Si autem sua debita infra quinquaginta libras hallensium existere dinoscantur, tunc ipse summam hallensium que ultra eadem debita et usque ad et non ultra quinquaginta libras hallensium superfuerit deputare et ordinare poterit ut premittitur ac debebit.

[Uicesimum capitulum de ordinacione et custodia preciosorum vasorum ac cleinodiorum abbatis necnon relictorum a cedente uel decedente abbate.]

Verum quia prefatus Hermannus abbas modernus, jn hoc quidem primarius, diuinitus inspiratus, eciam alijs . . abbatibus in exemplum omnia vasa et cleinodia sua argentea ac de auro et argento ac alias preciosa tam ibidem inuenta quam conparata per eum abbacie ibidem ad perpetuos usus . . abbatis pro tempore existentis rite salubriter et laudabiliter deputauit, propterea eciam vasa et cleinodia tam eadem quam alia potissime preciosa tam per ipsum Hermannum abbatem quam per quemcumque . . successorum suorum processu temporis conparanda seu alias acquirenda debent, postquam ipse abbas siue modernus siue futurus hoc conparans seu acquirens cesserit uel decesserit, et non prius, nisi voluerit, deponi ac recondi assidue in custodia ibidem in speciali reseruaculo, serato sub tribus clausuris cum tribus clauibus diuersimodis ac distinctis, quarum primam . . abbas, secundam . . prior, terciam vero . . custos ibidem semper reseruare debebunt, jta tamen quod, quocienscumque . . abbas huiusmodj vasa ac cleinodia insimul uel diuisim pro suis ac suorum presertim hospitum vsibus non tamen ad obligandum uel alias qualitercumque alienandum ab . . abbacia seu monasterio duxerit expetenda, extunc statim absque omni difficultate et contradictione per custodem et cappellanum suum apportare, et deinde post vsum eorum oportuno tempore quantocius absque offensa et contradictione abbatis reportari, denuoque ut prius recondi ac serari debebunt.

Digitized by Google

Jnsuper cum et quociens . . abbas ibidem cesserit uel decesserit, tunc quantocius . . prior . . cellerarius atque . . custos sub iuramento eorum debent vniuersa et singula ab . . abbate relicta, de eis eciam jnuentarium sub sigillo . . conuentus uel saltem alias auttenticum coram assumptis fidedignis personis faciendo inscriptis, vtique ipsi abbacie ac . . successori in ipsa solicite et fideliter conseruare, necnon domesticam familiam ipsius abbatis pro tempore decedentis per triginta dies continuos post obitum eiusdem abbatis de bonis ab eo relictis in officina abbacie ibidem decenter et beniuole sustentare, de hijs nichilominus eidem . . successori racionem plenariam et debitam reddituri. Attamen de suppellectilibus ac lectisternijs ipsius cedentis uel decedentis . . abbatis vnum lectum puluinar cussinum et culcitrum cum duobus lintheaminibus medij valoris inter preciosa et vtilia tunc statim ad jnfirmatorium ibidem pro vsibus jnfirmorum deputari ac presentari debebunt.

[Vicesimum primum capitulum de augmento bonorum procuracionis cum prebendalibus ad tempus fructibus presbyterorum ac dyaconorum cedencium ac decedencium monachorum, et de ordinacione relictorum ab eis.

Jnsuper quoque fructus et prouentus prebende cuiuscumque . . sacerdotis seu dyaconi conuentualis ibidem cedentis ac eciam decedentis, dum tamen ipse . . decedens soluendis ut sequitur debitis non fuerit inuolutus, per biennium ad procuracionem predictam et ad suos vsus et effectus perpetuos quantocius fieri poterit absque vara conuerti et perhennari debebunt. Si autem . . decedens reliquerit debita persoluenda, tunc cum suis prebendalibus fructibus primi anni debite persoluantur. Et si quid superfuerit, de hoc anno ac eciam nichilominus de secundo anno ipsius prebendales fructus ad ipsam procuracionem et pro suis perpetuis vsibus ut premittitur absque mora vtique conuertantur, salua eciam in premissis consuetudine circa distribucionem prebendalium fructuum ipsius defuncti in primis triginta diebus ad vsus pauperum antiquitus obseruata. Preterea quicquid in blado vino ac cleinodijs seu pecunia apud quem-

Digitized by Google

cumque predictorum cedencium uel decedencium inuentum fuerit seu relictum ab eo, quod habere de licencia sui . . superioris debebat, hoc totum eciam ipsi procuracioni pro suis vsibus ut premittitur vtique applicetur. Lectisternia autem et suppellectilia ac vtensilia eiusdem potissime decedentis inter abbaciam pro hospitum et jnfirmariam pro infirmorum ibidem vsibus equaliter diuidantur.

[Uicesimum secundum capitulum de ordinandis animarum remedijs monachorum.]

Verumtamen si quisquam . . officiatorum uel . . conuentualium presencium seu futurorum ibidem ex deuocionis affectu ob honorem dei sanctorumque eius ac pro salute anime sue certum monachalis missarie beneficium seu officium, uel diuinum seu pium opus, uel anniuersarium, seu aliud remedium salutare rite fundari ac dotari canoniceque institui ac confirmari intra et non extra ipsum monasterium seu eius limites siue potestatem eiusdem ac pro honore ac vtilitate ipsius monasterij de pecunia seu bonis ab eo per subsidium amicorum suorum aut per eius parsimoniam jndustriam seu operam suam non sine indulto . . superioris sui conquisitis seu contractis a suis . . superioribus siue . . abbate et . . conuentu in vita uel in morte sua supplicando humiliter postulauerit, tunc huiusmodj supplicacio ad eius effectum quantocius procedere ac mancipari per huiusmodj . . superiores siue . . abbatem et . . conuentum prout jus permiserit poterit vtique et debebit, jn eisdem quidem bonis procuracione ac bonorum diuisione predictis prorsus cessantibus debentibusque cessare.

[Uicesimum tercium capitulum de nouis bonis conparandis donandis seu legandis monasterio abbati et conuentui conmuniter et diuisim ac procuracioni ibidem.]

Denique si . . abbas quicquam bonorum uel jurium sue abbacie conpararit acquirereve curarit, aut si . . conuentus ibidem pro se

Digitized by Google

idem fecerit domino prouidente, hoc totum ipsi acquirenti dumtaxat cedere et manere debebit.

Sed si quisquam . . abbati seu abbacie tantum, uel . . conuentui tantum, aut procuracioni tantum, aut cuiquam officio ibi tantum, uel pro aliquo ibidem missarie monachalis beneficio aut officio quocumque, seu diuino seu pio opere ibidem fiendo, seu alio qualicumque animarum remedio salutari quicquam legauerit dederit donarit deputarit aut alias ordinarit, jn hoc vtique eius voluntas seu disposicio quantocius de jure efficaciter adinpleri debebit.

Si vero quicquid a quoquam ipsi monasterio seu ecclesie indefinite seu expresso tantum ecclesie seu monasterij nomine, aut si . . abbati et . . conuentui insimul nominibus eorum copulatis expresse seu copulatiue nec disiunctiue expressis legatum donatum uel relictum fuerit quandocumque, tunc hoc totum inter abbaciam pro tercia et . . conuentum pro reliquis duabus quotis debite diuidatur.

Sed quicquid . . abbati seu abbacie uel . . conuentui specialiter et diuisim donatum legatum fuerit seu relictum, hoc sic eis cedat diuisim secundum huiusmodj verborum intencionem expressam.

Quecumque autem decetero a qualicumque persona seu collegio bona redditus seu census quoscumque seu pecuniam quantumcumque legari donari aliasve deputari contigerit pro certo officio seu anniuersario uel alio pio opere perpetim peragendo ibidem, nec per deputantem expressum fuerit per quem seu quos hec debeant execucioni mandari, tunc huiusmodj bona redditus census et pecunia per procuracionem predictam et eius aministratores pro tempore existentes recipi aministrari et dispensari debite secundum intencionem deputantis loco et tempore oportunis debebunt.

[Uicesimum quartum capitulum de incorporacione ecclesiarum et de uacacione feudorum monasterij.]

Si vero ecclesiam parrochialem quamcumque, cuius juspatronatus seu collacio pertinet ad abbatem, quacumque auctoritate apostolica uel ordinaria jncorporari contingat, huiusmodj jncorporacionis fructus ac vtilitas queuiscumque ad mensam . . abbatis ad minus

Digitized by Google

pro tercia, sed ad mensam . . conuentus pro duabus partibus cedere ac applicari debebunt.

Si autem feudum quodcumque ab . . abbate et monasterio procedens de jure vacauerit, et ad ipsum monasterium fuerit deuolutum. tunc illud inter . . abbatem et . . conuentum secundum diuisionem eandem diuidendum existit: nec . . abbas quemquam de eodem feudo infeudare denouo, seu illud concedere cuiquam, uel sic aut alias id alienare presumat, nisi cum decreto et auctoritate sui . . episcopi, et cum assensu . . prioris et . . conuentus sui, ac eciam ex causa legitima vtique de jure interuenire debente.

[Uicesimum quintum capitulum de bonis monasterij non alienandis per abbatem et conuentum, et penis excedencium in hac parte.]

Preterea, ut eciam a sacris canonibus est statutum, nec . . abbas qui pro tempore fuerit neque . . prior ac . . conuentus ibidem sine decreto et auctoritate ac sigillo dyocesani loci ac sine mutuo seu reciproco consilio et consensu ac sigillo alterutrius ipsorum . . abbatis et . . conuentus et absque justa et racionabili causa necnon sine ipsius monasterij necessitate vrgente ac euidente vtilitate swadente et sine obseruancia juris forme alias eciam in hac parte sibi deputata bona redditus pensiones seu census bladi seu annone vini uel pecunie cuiuscumque aut jura qualiacumque quibuscumque personis collegijs uel vniuersitatibus seu locis ecclesiasticis uel mundanis in perpetuum seu sub gracia reemendi uel redimendi vendere obligare donare uel in feudum seu in emphiteosim presertim de nouo concedere seu conferre aut alias quomodolibet alienare presumat: alioquin contractus est de jure vtique inualidus ac inanis, necnon contrahentes tam . . prelati quam . . subditi sui, presertim officiati, jn hoc culpabiles penam suspensionis ab officijs ibidem suis auctoritate presencium eo ipso incurrant. Nichilominus quoque ob hoc eciam, nisi premissa quantocius retractauerint cum effectu, et suum in hoc excessum alias emendauerint debite et condigne, priuari ab ipsis officijs et deponi, scilicet non officiati con-

Digitized by Google

uentuales in hoc culpabiles a medijs prebendis suis per integrum annum statim fore suspensi, aliasque puniri debebunt.

Rursus eciam in viennensi concilio prohibetur, ne . . abbas sine assensu . . conuentus jura redditus aut possessiones ipsius monasterij sibi deputatos alicui ad vitam eius seu aliud certum tempus — pecunia eciam recepta — quouismodo concedat, nec eciam cum assensu predicto, nisi necessitas uel vtilitas abbacie et monasterij hoc exposcat. Si quis autem contra hoc fecerit, penam suspensionis ab officio eo ipso incurrit: nec ex concessione huiusmodj acquiritur recipienti jus quodcumque.

Sed premissa ad locaciones uel eciam reddituum aut fructuum vendiciones ad tempus modicum faciendas nullatenus se extendunt, vt in predicto concilio continetur.

Minus quoque . . conuentus sine . . abbatis consensu et collaudacione potest de jure cuiquam ut premittitur concedere jura redditus seu possessiones conuentus. Attamen abbas in hoc, necnon . . conuentus in precedente casu, ad consenciendum — necessitate quidem uel vtilitate monasterij exigente — de jure a dyocesano loci ex officio conpelli poterit ac debebit.

[Uicesimum sextum capitulum de debitis ultra certam summam per abbatem et conuentum nullatenus contrahendis, et de penis excedencium in hac parte.]

Jnsuper . . abbas pro tempore existens ibidem vltra summam centum librarum hallensium absque . . prioris et . . conuentus uel saltem maioris partis ipsius . . conuentus consilio et assensu, necnon . . conuentus ultra summam ducentarum librarum hallensium absque consilio et consensu ipsius . . abbatis et sine causa legitima nulla debita in pecunia numerabili mensurabili uel ponderabili, seu blado uel vino, aut alio rerum genere quouiscumque siue alias vllatenus simul uel diuisim contrahant absque quauis vara seu fraude.

Nullum autem debitum sub voragine vsurarum cum fideiussoria caucione ab . . abbate et . . conuentu conmuniter uel diuisim, presertim sine licencia . . episcopi sui herbipolensis seu ipsa ec-

Albertus de Hohenloch, electus in episcopum confirmatus de facto, ut Heinrico de Griezheim archidiacono bambergensis ecclesiae. qui curiae romanae nomine bonorum juriumque episcopatus herbipolensis possessionem corporalem recepit, obediatur mandat.

Jn dei nomine amen.

Albertus de Hohenloch, electus in episcopum herbipolensem confirmatus de facto, vniuersis et singulis cuiuscumque dignitatis personatus ordinis vel condicionis existant tam ecclesiasticis quam mundanis . . personis . . collegiis et vniuersitatibus et specialiter . . vasallis . . burkgrauiis . . officiatis . . castellanis . . ciuibus . . oppidanis . . villanis ceterisque omnibus et singulis . . personis ipsi ecclesie herbipolensi subiectis sinceram in domino karitatem.

Ad sanctissimi in Christo patris et domini domini Clementis diuina prouidencia pape sexti moderni et sacrosancte ecclesie romane obedienciam et deuocionem toto corde redire, ac ipsam ecclesiam herbipolensem castra et villas ad eam spectancia et alia jura et bona ipsius ecclesie in eiusdem domini pape et ipsius romane ecclesie manibus libere ponere et dimittere, eiusque et ipsius ecclesie romane submittere ac stare beneplacitis et mandatis diuina inspirante gracia volentes vtique et debentes, vobis vniuersaliter singulis et singulariter vniuersis sub obedienciis huldis omagiis juramentis ac promissis nobis electo vt premittitur confirmato a vobis factis jubendo seriose mandamus, quatinus honorabili Heinrico de Griezheim archidiacono ecclesie bambergensis, ad hec transmisso, et conmissario auctoritate apostolica deputato, nomine quidem prefati domini pape et ecclesie romane de predicta ecclesia herbipolensi castris et villis ad eam spectantibus et aliis juribus et bonis episcopatus ipsius ecclesie quibuscumque a nobis quidem sponte libere pure simpliciter et debite resignatis renunciatis et abdicatis verbaliter et realiter penitus sine fraude debite obedire intendere gwardiare et obtemperare curetis, donec in mandatis apostolicis aliud habueritis de premissis.

Propterea vos vniuersas et singulas personas tam ecclesiasticas quam mundanas prefatas ab obedienciis huldis omagiis juramentis promissis gwardiis et obligacionibus quibuscumque nobis quidem presertim vt electo in episcopum herbipolensem confirmato de facto vel alias non de jure a vobis factis liberas et solutas omnino publice et expresse in hiis scriptis solempniter dimittimus, pronunciamus, ac eciam publicamus, ac publicari fecimus sic dimissas liberas et solutas.

Jn cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem presens jnstrumentum conscribi et publicari mandauimus per Heinricum notarium publicum infrascriptum. Et ad maiorem cautelam fecimus nostri hactenus consueti sigilli appensione muniri.

Actum in noua aula castri Montis beate Marie virginis super ciuitate herbipolensi siti, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, jndictione tercia, die secunda mensis junij, hora quasi

Digitized by Google

tercia. pontificatus supradicti domini nostri pape anno nono; presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Heinrico de Hohenloch preposito maioris. Conrado decano. magistro Mychaele de Leone scolastico. Arnoldo de Hytzingen. Johanne dicto Katzenstein. Johanne de Augusta Nouimonasterij herbipolensis. magistro Walthero de Gamundia sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolensium ecclesiarum canonicis. et spectabili domino Gotfrido comite de Ryenek, Johanne de Vssenkeim burkgrauio predicti castri Montis sancte Marie, et quampluribus aliis fidedignis personis. pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Heinricus dictus Katzenstein de Bollestat augustensis dyocecis, publicus papali et jmperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi domini Alberti de Hohenloch mandato dimissioni pronunciacioni publicacioni aliisque premissis vt premittitur factis vnacum testibus prehibitis presens interfui, eaque si vidi fieri et audiui, ideo de mandato eiusdem domini Alberti hoc presens jnstrumentum propria mea manu conscripsi, et in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito consignaui, desuper requisitus in testimonium euidens premissorum.

Singula quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex utroque harum litterarum exemplari suspensa in altero supersunt, in altero jam omnino abscissa sunt.

CLXVII.

1350, die 2. junii.

Albertus de Hohenloch, electus in episcopum confirmatus de facto, se episcopatum ejusque possessiones et jura curiae romanae resignasse profitetur.

Jn dei nomine amen.

Nos Albertus de Hohenloch canonicus ecclesie herbipolensis tenore huius publici jnstrumenti .. perceptoribus recognoscimus et patefacimus vniuersis, quod — quia dudum siquidem

bone memorie domino Ottone episcopo herbipolensi regimini dicte herbipolensis ecclesie presidente sanctissimus in Christo pater et dominus dominus Clemens diuina prouidente clemencia papa sextus modernus, cupiens eidem ecclesie cum eam quouismodo et vbicumque vacare contingeret per apostolice sedis prouidenciam ydoneam presidere personam, prouisionem ipsius ecclesie ea vice disposicioni sue duxit specialiter reseruandam, decernens extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari; postmodum vero prefata ecclesia per obitum eiusdem domini Ottonis qui in partibus illis debitum nature persoluit pastoris regimine destituta honorabiles viri . . capitulum eiusdem ecclesie, reseruacionis et decreti predictorum ignari, nos prefatum Albertum tunc prepositum predicte ecclesie in episcopum herbipolensem concorditer elegerunt, nosque idem Albertus nostro adhibito eidem electioni consensu electionem ipsam per dominum Heinricum tunc archiepiscopum maguntinum, loci metropolitanum, cuius eciam domini Heinrici jurisdictio per processus apostolicos extunc erat suspensa, de quo tamen tunc nobis minus constabat, obtinuimus confirmari; subsequenter autem vacacione electione et confirmacione predictis ad noticiam prefati domini nostri pape deductis, jpse electionem eandem vtpote post et contra reseruacionem et decretum predicta ac confirmacionem huiusmodi ab eo eciam cuius jurisdictio erat vt prefertur suspensa de facto presumptas reputans irritas et inanes, et ad prouisionem eiusdem ecclesie studiis sollicitis et paternis intendens, post deliberacionem cum venerabilibus . . fratribus super hoc habitam diligentem demum de persona venerabilis domini Alberti de Hohenberk frisingensis tunc herbipolensis electi, canonici constanciensis, cappellani sui, eidem herbipolensi ecclesie de dictorum fratrum consilio apostolica auctoritate prouidit, jpsumque in episcopum et pastorem prefecit; ac deinde tam per ipsum dominum nostrum papam seu auctoritate sua apostolica quam per dictum dominum Albertum electum frisingensem dum eidem herbipolensi ecclesie presidebat jn nos Albertum tunc prepositum herbipolensem pretextu electionis et confirmacionis

Digitized by Google

huiusmodi de facto vt premittitur presumptarum bona et jura ad mensam episcopalem herbipolensem spectancia sic tenentes, nosque administracioni eorumdem et aliorum bonorum et jurium ipsius ecclesie in spiritualibus et temporalibus ingerentes, exconmunicacionis suspensionis et jnterdicti et aliis penis ac sentenciis occasione detencionis et administracionis huiusmodi per diuersos ipsius domini nostri pape et eiusdem domini Alberti electi tunc herbipolensis super hiis contra nos Albertum tunc prepositum processus habitos vt dicitur promulgatis, jdem dominus papa ex certis causis racionabilibus prefatum dominum Albertum electum frisingensem a vinculo quo eidem herbipolensi ecclesie cui tunc preerat astringebatur de dictorum fratrum consilio et plenitudine apostolice potestatis absoluens, ipsum transtulit ad dictam frisingensem ecclesiam tunc vacantem, jpsumque eidem in episcopum et pastorem prefecit — nos itaque Albertus olim prepositus memoratus, prouide attendentes quod ipse dominus papa illius vices gerit in terris qui nulli claudit gremium redeunti, propterea iampridem per honorabiles viros dominum Conradum decanum Nouimonasterij herbipolensis, et magistrum Waltherum de Gamundia canonicum sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolensium ecclesiarum, nostros procuratores et nuncios ad presenciam prefati domini nostri pape super hoc a nobis specialiter destinatos, nomine et pro parte nostri Alberti canonici tunc prepositi coram ipso domino papa proponi fecimus humiliter et deuote, quod nos ex diuina gracia offerebamus ad ipsius domini pape et ecclesie romane obedienciam et deuocionem toto corde redire, ac ecclesiam herbipolensem castra et villas ad eam spectancia et alia jura et bona ipsius ecclesie in eiusdem domini pape et ipsius romane ecclesie manibus libere ponere et dimittere, eiusque et ipsius ecclesie romane submittere ac stare beneplacitis et mandatis; nihilominus quod eciam modo in presencia publici papali et jmperiali auctoritate notarij et testium subscriptorum jterato nos ad premissa obtulimus ac offerimus, eademque oblata effectui mancipando debite fecimus ac facimus vt eciam sequitur effectiue, humiliter et deuote diuina gracia inspirante renunciantes sponte libere pure simpliciter expresse

Digitized by Google

verbaliter et realiter nostris electioni et confirmacioni prefatis et earum tytulo ipsiusque tytuli sigillis, omnique juri si quod nobis occasione huiusmodi electionis et confirmacionis in predicta herbipolensi ecclesia seu ad eam conpeciit seu conpetit quouismodo, ac omnibus et singulis suis comodis accessoriis et sequelis; quinymmo eciam nos Albertus prelibatus ad ipsius domini nostri pape et ecciesie romane obedienciam et deuocionem cordialiter et salubriter redeuntes, ac ipsam ecclesiam herbipolensem castra et villas ad eam spectancia et alia jura et bona ipsius ecclesie in prefati domini nostri pape et ipsius romane ecclesie manibus libere ponere et dimittere, eiusque et ipsius ecclesie submittere ac stare beneplacitis et mandatis vt premittitur volentes vtique et debentes, vniuersas quidem et singulas personas tam ecclesiasticas quam mundanas collegia et vniuersitates jpsi herbipolensi ecclesie subiectas ab obedienciis huldis omagiis juramentis premissis gwardiis ac obligacionibus quibuscumque nobis quidem presertim vt electo in episcopum herbipolensem confirmato vt prefertur vel alias de facto non de jure ab eis factis liberas et solutas omnino publice et expresse dimisimus pronunciauimus publicauimus et fecimus publicari ac presentibus promulgamus dimissas sic liberas et solutas; necnon honorabilis et fidedignus dominus Heinricus de Griezheim, archidiaconus ecclesie bambergensis, quem vt reuera personam ad hoc ydoneam reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus Gwido tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, conmissarius ad hec a prelibato domino nostro papa specialiter deputatus; ob hoc ad dictam ecclesiam herbipolensem transmisit, corporalem possessionem ipsius herbipolensis ecclesie, et episcopalis pallacij ciuitatis herbipolensis, ac ipsius ecclesie herbipolensis capitalis seu principalis castri Montis beate Marie virginis super ipsa ciuitate herbipolensi situati, et Karelburk, Karelstat, Zabelstein, Geroltzhouen, Stolberk, Swanenberg, Krutheim, Saltzberk, Waldenburk, Richenberg, aliorumque castrorum et villarum ad ipsam herbipolensem ecclesiam spectancium, et aliorum jurium et bonorum ipsius ecclesie herbipolensis a nobis

verbaliter et realiter resignantibus et abdicantibus et pro toto posse sine fraude tradentibus ipsi archidiacono nomine prefati domini nostri pape ecclesieque romane recepit, et eandem possessionem . . burkgrauiis et . . officiatis huiusmodi ecclesie herbipolensis castrorum et villarum de eisdem ipsi archidiacono prefati domini pape et ipsius ecclesie romane nomine gwardiantibus seu gwardias facientibus obtemperantibus et intendentibus libere pacifice et quiete tenet et retinere curabit quousque per apostolicam sedem vel prefatum dominum legatum aliud extiterit ordinatum secundum tenorem conmissionis apostolice desuper sibi facte.

Jn quorum omnium premissorum testimonium et certitudinem pleniorem presens jnstrumentum conscribi et publicari mandauimus per Heinricum notarium publicum infrascriptum, et ad maiorem cautelam fecimus nostri sigilli appensione muniri.

Actum in noua aula castri Montis beate Marie virginis super ciuitate herbipolensi siti, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, jndictione tercia, die secunda mensis junij, circa horam sextam, pontificatus sepefati domini nostri pape anno nono; presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Heinrico de Hohenloch preposito maioris, Conrado decano, magistro Mychaele de Leone scolastico, Arnoldo de Kytzingen, Johanne dicto Katzenstein, Johanne de Augusta Nouimonasterij herbipolensis, magistro Walthero de Gamundia sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolensium ecclesiarum canonicis, et spectabili domino Gotfrido comite de Rienek, Johanne de Vssenkeim burkgrauio predicti castri montis sancte Marie, et quampluribus aliis fidedignis personis, pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Heinricus dictus Katzenstein de Bollestat augustensis dyocesis, publicus papali et jmperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi domini Alberti de Hohenloch canonici olim prepositi ecclesie herbipolensis oblacioni renunciacioni dimissioni pronunciacioni publicacioni promulgacioni possessionis recepcioni aliisque premissis vt prefertur peractis vnacum testibus predescriptis presens interfui, eaque sic vidi fieri et audiui, propterea de mandato prefati domini Alberti hoc presens jnstrumentum mea manu conscripsi, et in hanc publicam formam redegi,

meoque signo solito consignaui, desuper requisitus in testimonium euidens premissorum.

Cujus mentio facta est sigilli fascia membranacea ex his litteris suspensi pars superior decidit.

CLXVIII.

1350, die 3. junii.

Heinricus de Griezheim archidiaconus ecclesiae bambergensis Guidoni presbytero cardinali se curiae romanae nomine bonorum juriumque episcopatus herbipolensis possessionem corporalem recepisse scribit.

Reuerendissimo in Christo patri ac domino domino Guidoni tituli sancte Cecilie presbytero cardinali, apostolice sedis legato, conmissario ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputato, Heinricus de Griezheim archidiaconus ecclesie bambergensis obedienciam et reuerenciam tam debitam quam deuotam.

Litteras paternitatis vestre reuerencia qua decuit recepimus in hec verba.

(Hoc loco litterae die 2 mensis maji exhibitae, quas supra sub num. CLXIII pag. 443 et 444 edidimus, insertae sunt.)

Quibus litteris per nos reuerenter receptis, volentes vt tenebamur ad earum execucionem procedere, ad prefatam herbipolensem ecclesiam nos personaliter transtulimus, et ipsius herbipolensis ecclesie et episcopalis palacij ciuitatis herbipolensis ac eiusdem ecclesie herbipolensis capitalis seu principalis castri Montis beate Marie virginis super ipsa ciuitate Herbipoli situati, necnon Karelburk, Karelstat, Hohenburk, Zabelstein, Geroltzhouen, Stolberk, Swanenberk, Jphouen, Rychenberg, Saltzberk, Waldenburk, Krutheim, aliorumque castrorum et villarum ad ipsam herbipolensem ecclesiam spectancium, et aliorum jurium et bonorum eiusdem ecclesie herbipolensis possessionem corporalem a venerabili domino Alberto de Hohenloch canonico, olim preposito ecclesie herbi-

polensis predicte, verbaliter et realiter resignante et pço toto posse sine fraude tradente eam nobis auctoritate apostolica vice et nomine prefati domini nostri pape et ecclesie romane recepimus, et possessionem eandem . . burkgrauiis quidem et . . officiatis huiusmodi ecclesie herbipolensis castrorum et villarum de eisdem nobis archidiacono prefati domini pape et ipsius romane ecclesie nomine gwardiantibus seu gwardias facientibus obtemperantibus et intendentibus libere pacifice et quiete tenemus et retinebimus, quousque a prefato domino nostro papa seu a vobis aliud habuerimus in mandatis. Sicque de premissis paternitati vestre relacionem facimus plenariam et fidelem.

Jn cuius rei testimonium presens publicum jnstrumentum per notarium publicum infrascriptum fieri fecimus, et sigilli nostri munimine roborari.

Actum in palacio herbipolensi predicto, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, jndictione tercia, die tercia mensis junij, circa horam terciam, pontificatus prelibati domini nostri pape anno nono; presentibus honorabilibus et discretis viris dominis Heinrico de Hohenloch preposito maioris, Conrado decano, magistro Mychaele de Leone scolastico, Arnoldo de Kitzingen, Johanne dicto Katzenstein, Nouimonasterij, magistro Walthero de Gamundia sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolensium ecclesiarum canonicis, et spectabili domino Gotfrido comite de Rienek, Johanne de Vssenkeim burkgrauio predicti castri Montis sancte Marie, et pluribus aliis fidedignis personis, pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Heinricus dictus Katzenstein de Bollestat augustensis diocesis, publicus papali et jmperiali auctoritate notarius, quia huiusmodi domini Heinrici archidiaconi relacioni aliisque premissis vt preferiur peractis vnacum testibus prelibatis presens interfui, eaque sic vidi fieri et audiui, propterea de mandato eiusdem domini archidiaconi hoc presens jnstrumentum mea manu conscripsi, et in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito consignaui, desuper requisitus in testimonium cuidens premissorum.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum fere omnino integrum est.

Digitized by Google

CLXIX.

1350, die 11. junii.

Hochstiftische Zehenten zu Swinsdorff werden dem Dominikanernonnenkloster zu Rotenburg verkauft.

Wir Lůppolt von Bebenbůrg tůmherre vnd ertzpriester zv Wirtzbůrg, Friderich statschriber bůrgere zv Rotenbůrg, vnd Anna von Nůenstein sin eliche wirtin bekennen offenlich vnd tůn kunt allen lůten mit disem brief für vns vnd für alle vnser erben vnd nachkomen, daz wir dem ersamen vnd bescheiden manne herren Waltherren von Sitensdorff vnd den erbern geistlichen frauwen der priolin vnd dem couent gemeinlich der klosterfrauwen zv Rotenbůrg prediger ordens irem kloster vnd allen iren nachkomen reht vnd redlich haben vffgeben vnd ingeentwůrt die zehenden zv Swinsdorff grozze vnd klein in velde vnd in dorff, vnd alle die reht vnd wart die wir doran gehabt haben: vnd geůzzern vnd vertzihen vns der, vnd geben in die vff fur vns vnd fur alle vnser erben vnd nachkomen zv vrtet ewiklich mit disem gegenwertigen brief zv allem nůtz vnd reht, wann die vesten lůt her Luppolt vnd Lůppolt die Kůchenmeister von Nortenberg die selben zehenden vmb vns vnd vnser erben gentzlich widerkaufft vnd abgelöset haben daz wir deheinerlei reht noch wart dor an mere haben: vnd haben die fürbazzer verkaufft gen hern Walthern von Sitensdorff, der priolin vnd dem couent vnd irem kloster, den vorgenanten, mit vnserm gůten willen vnd gůnst on alle geuerde.

Vnd des alles zv einem waren vrkund haben wir Lůppolt von Bebenburg vnd Fridrich statschriber, die vorgenanten, für vns vnd fur all vnser erben vnd nachkomen vnser jnsigel gehangen an disen brief, der geben ist am nehsten vritag vor

sant Vites tag, nach Cristes gebûrt drûtzehen hundert jar vnd in dem fünftzigisten jar.

Ambo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento quondam suspensa jam abscissa sunt.

Quas infra sub num. CLXXXIII edemus litteras, die 24 mensis decembris exhibitas, huc conferre poteris.

CLXX.

1350, die 19. junii.

Alberto de Hohenloch ecclesiae herbipolensis electo confirmato episcopatus spiritualia et temporalia committuntur.

1.

Guido miseracione diuina tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto nobis in Christo Alberto de Hohenloch electo herbipolensi salutem in domino.

Solet apostolice sedis benignitas illis sue gracie gremium aperire qui eius beneplacitis et mandatis parere procurant, nec illos a promocionis gradu excludere qui post eorum lapsum per bone uite studia laudabilium uirtutum meritis inherendo actus suos corrigere et in melius satagunt reformare.

Sane dudum sanctissimus pater et dominus noster dominus Clemens diuina prouidencia papa VI nobis, quos ad regnum Vngarie ac Lombardie et nonnullas alias partes cum plene legacionis officio destinauit, suas apostolicas transmisit litteras in hec verba.

(Hoc loco Clementis VI papae litterae, die 8 mensis februarii exhibitae, quas supra sub num. CLV pag. 429—433 edidimus, insertae sunt.)

Digitized by Google

Nos itaque post concessionem et recepcionem litterarum apostolicarum predictarum, uolentes prout tenemur iussionibus apostolicis obedire et contenta in prefatis litteris execucioni debite demandare, dilecto in Christo Henrico de Griezheim archidiacono pambergensi et quibusdam alijs in nostris litteris nominatis auctoritate apostolica qua in hac parte fungimur per nostras certi tenoris litteras conmisimus et mandauimus, quatinus ipsi uel eorum alter ad prefatam herbipolensem ecclesiam se personaliter transferentes nomine prefati domini nostri pape et eiusdem romane ecclesie predicte herbipolensis ecclesie et castrorum ac villarum et bonorum iuriumque et pertinenciarum eorundem corporalem possessionem libere auctoritate apostolica supradicta recipere et retinere eciam procurarent.

Qui Henricus archidiaconus supradictus, receptis nostris litteris supradictis, ad predictam herbipolensem ecclesiam personaliter accedens, ipsius ecclesie herbipolensis et castrorum ac villarum iuriumque et pertinenciarum predictorum nomine prefati domini nostri pape et eiusdem ecclesie romane corporalem possessionem recepit retinuit et retinet, prout nobis constat per ipsius relacionem plenariam et fidelem, sub manu publica et sigillo ipsius Henrici nobis factam.

Propter quod nos te in personam dilecti in Christo Walteri de Gamondia canonici ecclesie sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolenses, procuratoris tui ad hoc speciale mandatum habentis, coram nobis flexis genibus constituti et munus absolucionis humiliter postulantis a sentencijs processibus atque penis contra te factis habitis et promulgatis per prefatum dominum papam seu eius auctoritate necnon dilectum in domino Albertum frisingensem tunc electum herbipolensem occasione intrusionis occupacionis et administracionis prefate herbipolensis ecclesie, quibus te de facto ingesisti, absoluimus iuxta ecclesie formam, iniuncta pro modo culpe penitencia salutari; omnemque inhabilitatis et irregularitatis ac infamie maculam siue notam per te ob premissa seu quia plures dignitates et beneficia ecclesiastica incompassibilia simul absque dispensacione legitima retinuisti et fructus

ex eis percepisti seu premissorum occasione contractam predicta auctoritate apostolica totaliter duximus abolendam.

Demum uero attendentes quod ecclesia ipsa herbipolensis per translacionem prefati Alberti de dicta herbipolensi ecclesia ad prefatam ecclesiam frisingensem pastoris erat solacio destituta, nos ad prouisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preterquam dictus dominus papa uel nos auctoritate ipsius hac uice se intromittere potest pro eo quod idem dominus papa diu ante uacacionem huiusmodi prouisiones omnium ecclesiarum cathedralium extunc per translaciones per eum inantea faciendas de prelatis earum ubilibet constitutis ad alias cathedrales ecclesias tunc uacantes et inposterum uacaturas disposicioni sue duxit specialiter reseruandas, decernens extunc irritum et inane si secus super hijs a quoquam contingeret attemptari, diligencius intendentes, cupientes quoque tam eidem herbipolensi ecclesie quam gregi dominico eiusdem salubriter et utiliter prouidere, tandem considerantes grandium uirtutum merita quibus personam tuam altissimus insigniuit, de quibus fidedignorum testimonio extitimus plenarie et legitime informati, et quod prefate herbipolensi ecclesie preesse poteris pariter et prodesse, ipsamque preseruare a noxijs et aduersis ac in suis manutenere iuribus et eciam adaugere, post deliberacionem quam super hoc habuimus diligentem te — quem ad hoc ydoneum reputamus, et de quo nobis expediens uidetur — auctoritate apostolica supradicta qua in hac parte fungimur eidem ecclesie herbipolensi tenore presencium in episcopum preficimus et pastorem, curam et administracionem eiusdem tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie conmittendo, firma spe fiduciaque conceptis quod dirigente domino actus tuos prefata herbipolensis ecclesia per tue industrie et circumspectionis fructuosum studium regetur utiliter et prospere dirigetur, grataque in eisdem spiritualibus et temporalibus auctore domino suscipiet incrementa.

Quocirca discrecioni tue auctoritate apostolica supradicta qua ut predicitur fungimur in hac parte presencium tenore conmittimus et mandamus, quatinus ad prefatam herbipolensem ecclesiam cum gracia diuine benedictionis accedens curam et administracionem

Digitized by

eiusdem sic geras fideliter et prudenter ac sollicite prosequaris, quod ipsa herbipolensis ecclesia sponso utili et fructuoso administratori gaudeat se conmissam, tuque preter retribucionis eterne premium a domino prouenturum prefate sedis benedictionis et nostre gracie merearis continuum percipere incrementum.

Datum apud Secusiam taurinensis diocesis, XIII kalendas julij, pontificatus eiusdem dominj Clementis pape VI anno nono.

Guidonis presbyteri cardinalis sigillum filis sericis rubri coloris quondam ex his litteris suspensum omnino periit.

2.

Guido miseracione diuina tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus et conmissarius ad infrascripta ab eadem sede specialiter deputatus, dilectis in Christo vniuersis vassallis ecclesie herbipolensis salutem in domino.

Cum sanctissimus pater et dominus noster dominus Clemens diuina prouidencia papa VI nobis dudum suas apostolicas direxerit litteras, inter cetera continentes quod dilectum in Christo Albertum de Hohenloch, si ydoneus esset, et nobis expediens uideretur, ecclesie herbipolensi tunc vacanti per translacionem dilecti in domino Alberti electi frisingensis de eo ad ipsam frisingensem ecclesiam factam preficeremus in episcopum et pastorem, nosque de ipsius persone meritis diligencius inquisito ipsum ad hoc inuenerimus fore ydoneum, et pro prefate ecclesie herbipolensis utilitate fore quamplurimum expediens, ipsum dei nomine inuocato prefate herbipolensi ecclesie in episcopum prefecimus et pastorem, curam et administracionem ipsius sibi plenarie conmittendo, prout in litteris nostris per nos eidem Alberto super huiusmodi prouisione concessis premissa seriosius continentur, vobis auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte presencium tenore mandamus, quatinus — eundem Albertum electum debita honorificencia prosequentes — ei fidelitatem solitam necnon con-

sueta seruicia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis: alioquin sentenciam siue penam quam ipse rite tulerit siue statuerit in rebelles ratam habebimus, et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

Datum apud Secusiam taurinensis diocesis, XIII kalendas julij, pontificatus eiusdem domini Clementis pape VI anno nono.

Guidonis presbyteri cardinalis sigillum filis sericis rubri coloris ex his litteris suspensum est.

3

Guido miseracione diuina tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus et conmissarius ad infrascripta ab eadem sede specialiter deputatus, dilecto in Christo Henrico de Griezheim archidiacono ecclesie bambergensis salutem in domino.

Cum nos auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte dilectum in Christo Albertum de Hohenloch herbipolensi ecclesie in episcopum prefecerimus et pastorem, tibi eadem auctoritate mandamus, quatinus possessionem ipsius ecclesie ac castrorum et villarum et jurium ipsius, que de mandato nostro eadem auctoritate nuper recepisti et retines, eidem Alberto electo seu eius procuratori uel nuncio speciali liberam et expeditam tradere et assignare procures.

Datum apud Secusiam taurinensis diocesis, XIII kalendas julij, pontificatus domini Clementis pape VI anno nono.

In documento ipso scriptum est: Henrico de Greiezheim.

Guidonis presbyteri cardinalis sigillum fascia lintea ex his litteris suspensum est.

Digitized by Google

4.

Guido miseracione diuina tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus et conmissarius ad infrascripta ab eadem sede specialiter deputatus, dilecto in Christo Alberto de Hohenloch electo confirmato herbipolensi salutem in domino.

Cum tu racione herbipolensis ecclesie, cui nos te auctoritate apostolica qua in hac parte fungimur in episcopum prefecimus et pastorem, tenearis infra tempus a iure statutum te facere consecrari, tibi recipiendi huiusmodi consecracionis munus a quocumque malueris antistite graciam et conmunionem apostolice sedis habente, ac eidem antistiti tibi supradictum consecracionis munus iuxta iuris formam impendendi auctoritate apostolica supradicta qua ut predicitur fungimur in hac parte tenore presencium licenciam concedimus et liberam facultatem.

Volumus autem, quod idem antistes qui tibi huiusmodi munus consecracionis impendet recipiat a te nomine domini nostri pape et ecclesie romane fidelitatis debite solitum iuramentum iuxta formam quam interclusam sub bulla transmittimus una cum presentibus exhibendam, et quod huiusmodi iuramenti formam quod tu prestiteris idem antistes prefato domino pape de uerbo ad uerbum per suas patentes litteras tuo sigillo sigillatas per proprium nuncium quantocius destinare procuret.

Datum apud Secusiam taurinensis diocesis, XIII kalendas julij, pontificatus domini Clementis pape VI anno nono.

In documento ipso prius scriptum erat: Alberto de Honhenloch.

Guidonis presbyteri cardinalis sigillum corda lintea coloris rubri ex his litteris suspensum est.



Digitized by Google

5.

Guido miseracione diuina tituli sancte Cecilie presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus et conmissarius ad infrascripta ab eadem sede specialiter deputatus, venerabili in Christo patri . . archiepiscopo maguntino salutem in domino.

Ad cumulum nostre cedit salutis et fame, si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate dotatas diuine propiciacionis intuitu prosequamini gracia oportuni presidij et fauoris.

Cum itaque sanctissimus pater et dominus noster dominus Clemens diuina prouidencia papa VI nobis dudum suas apostolicas direxerit litteras, inter cetera continentes quod dilectum in Christo Albertum de Hohenloch, si ydoneus esset, et nobis expediens uideretur, ecclesie herbipolensi tunc uacanti per translacionem dilecti in domino Alberti electi frisingensis de eo ad ipsam frisingensem ecclesiam factam preficeremus in . . episcopum et pastorem, nosque de ipsius persone meritis diligencius inquisito ipsum ad hoc inuenerimus fore ydoneum, et pro prefate ecclesie herbipolensis utilitate fore quamplurimum expedientem, ipsum dei nomine inuocato prefate herbipolensi ecclesie in . . episcopum prefecimus et pastorem, curam et administracionem ipsius sibi plenarie conmittendo, prout in litteris nostris per nos eidem Alberto super huiusmodi prouisione concessis premissa seriosius continentur.

Verum quia, ut idem Albertus . . electus in conmissa sibi ecclesie herbipolensis predicte cura facilius proficere valeat, uester fauor esse sibi noscatur plurimum oportunus: paternitatem uestram auctoritate apostolica supradicta qua ut predicitur in hac parte fungimur presencium tenore rogamus et hortamur attente, vobis nichilominus eadem auctoritate mandantes, quatenus — Albertum . . electum et ecclesiam herbipolensem predictos jure metropolico vobis subiectos habentes pro predicte sedis reuerencia et nostra perpensius commendatos — ipsum in ampliandis et conseruandis juribus suis sic fauoris uestri presidio prosequamini, quod

Digitized by Google

ipse uestro fultus auxilio in conmisso sibi ecclesie herbipolensis predicte regimine se possit utilius exercere, vosque diuinam misericordiam et beniuolenciam dicte sedis exinde ualeatis uberius promereri.

Datum apud Secusiam taurinensis diocesis, XIII kalendas julij, pontificatus eiusdem domini Clementis pape VI anno nono.

Guidonis presbyteri cardinalis sigillum corda lintea ex his litteris suspensum est.

CLXXI.

1350, die 17. julli.

Indulgentia papalis dioecesi herbipolensi de confessionibus et peccatorum remissione tempore epidemiae usque ad festum nativitatis domini concessa.

Reuerendo in Christo patri domino . . dei gracia episcopo herbipolensi, capituloque et singulis canonicis ecclesie herbipolensis, necnon omnibus aliis et singulis . . abbatibus . . prioribus . . decanis . . archidiaconis . . rectoribus ecclesiarum capellanis seu presbiteris curatis et non curatis et aliis personis tam maribus quam mulieribus quibuscunque in ciuitate et diocesi herbipolensi existentibus Stephanus miseracione diuina sancte arelatensis ecclesie archiepiscopus, dominj nostri pape camerarius, salutem in domino sempiternam.

Quia pium existit et debitum perhibere testimonium veritati, de mandato dicti dominj nostri pape vobis notum facimus per presentes, quod idem dominus noster summus pontifex — peticiones uestras, illas presertim que animarum uestrarum salutem respiciunt, ad exaudicionis graciam paterna pietate libenter admittens, vt con-

Digitized by Google

fessor quem singuli vestrum duxeritis eligendum omnium peccatorum vestrorum de quibus corde contriti et ore confessi fueritis semel tantum in mortis articulo plenam remissionem vobis et vestrum cuilibet in dicta ciuitate et diocesi in locis quibus nunc est uel erit epydimia seu mortalitas gencium que in plerisque mundi partibus domino permittente viget existentibus in sinceritate fidei et vnitate sancte romane ecclesie ac obediencia et deuocione prefati dominj nostri pape et successorum suorum romanorum pontificum canonice intrancium persistentibus dictamque remissionem deuote petentibus auctoritate apostolica concedere ualeat — deuocioni uestre usque ad festum natiuitatis dominj proxime uenturum viue uocis oraculo duxit de speciali gracia misericorditer indulgendum, sic tamen quod idem confessor de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eam per vos si superuixeritis uel per alium seu alios si tunc forte transieritis faciendam iniungat, quam vos uel alius seu alij pro vobis facere teneamini ut prefertur.

Et ne, quod absit, propter huiusmodi graciam reddamini procliuiores ad illicita imposterum conmittenda, voluit idem dominus noster papa, quod si ex confidencia remissionis huiusmodi aliqua forte conmitteretis quo ad illa predicta remissio nullatenus suffragetur.

Jn quorum omnium testimonium presentes litteras fieri fecimus, et sigilli camerariatus nostri appensione muniri.

Datum Auinione, die XVII mensis julij, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, jndictione tercia, pontificatus sanctissimi patris et dominj nostri dominj Clementis diuina prouidencia pape VI anno nono.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum plus minus laesum est.

CLXXII.

1350, die 23. julii.

Heinrich und Jutte Horant von Grunfelt verkaufen ihren Bauhof zu Krutheim an das Hochstift um 30 Pfund Häller.

Jch Heinrich Horant von Grunfelt edelkneht vnd Jutte sin eliche wirtin bekennen vnd tůn kunt offenlich an disem brief, daz wir mit wolbedahtem můt vnd auch mit gesamenter hant vnd mit gutem rât dem erwirdigen vnserm gnedigen herren hern Albreht erweltem vnd bestetigten ze byschof ze Wirtzburk vnd sim stift den buwehof ze Krutheim by der vesten gelegen, swaz wir rehts daran in velde vnd in dorf haben, reht vnd redlich verkauft vnd ze kauffen geben haben vmb drizzig pfunt haller, der wir von jme gar vnd gentzlich gewert sin. Wir haben vns auch darvf aller vordrung vnd rehts die wir daran vnd darzů biz her gehabt haben gar vnd gentzlich verzigen vnd geʋzzert. Auch haben wir für vns vnd vnser . . erben gelopt mit guten triwen one geuerde, vnsern vorgnanten herren vnd sinen stift des vorgnanten hofs vnd vnsrer rehte daran ze weren one geuerde nach des landes reht vnd gwonheit.

Vnd daz wir vnd vnser erben daz also halten vnd tůn, han ich der vorgnant Horant für mich vnd min vorgnant husfrawen min jnsigel gehenket an disen brief ze eim gezuknusse dar vber. Vnd ich Jutt, die vorgnant, wan ich eygens jnsigels niht han, so globe ich stet ze halten alle vorgeschriben dink vnter mins vorgnanten wirts jnsigel, daz er auch durch miner bet willen gehenket hat an disen brief.

Der geben ist nach Cristes geburt drůtzehen hundert jar darnach in dem funftzigsten jar, am frytak vor sant Jacobs tak.

Sigilli HEINZE HORANT DE GrunfELT fascia membranacea ex his litteris suspensi margo plus minus periit.

Digitized by Google

CLXXIII.

1350, die 28. augusti.

Beneficium sacerdotale simplex missariae in ecclesia parochiali in Mûlbach sub castro Karelburk sita instituitur.

Jn nomine domini amen.

Albertus dei et sancte sedis apostolice gracia electus in episcopum herbipolensem confirmatus ad laudabilis rei memoriam sempiternam.

Quoniam, vt sacer canon testatur, bone rei dare patrocinium seu consultum et presentis vite subsidium optinere et eterne remuneracionis premium cernitur expectare, quia igitur certa bona jmmobilia et annui redditus ac census sufficientes ad fundacionem seu dotacionem beneficij ecclesiastici sacerdotalis simplicis non curati missarie noui altaris beatorum Johannis ewangeliste, Andree apostoli, Karoli regis magni confessoris, sanctarumque virginum Katherine Barbare et Dorothee jnstituendi quidem de nouo jn laudem omnipotentis dei et gloriosissime virginis Marie genitricis sue sanctorumque patronorum suorum predictorum ac tocius jerarchie celestis necnon ob diuini numinis cultus augmentum jn ecclesia parrochiali in Mûlbach sub castro nostro Karelburk, annexa quidem cappelle beate Marie et sancte Gerdrudis in eodem castro situate nostre dyocesis, que quidem cappella cum castro et ecclesia parrochialis cum villa et marchiis suis necnon . . clerus et . . populus ac . . jncole vtriusque sexus ibidem nobis et jurisdictioni episcopali immediate eciam hactenus ab antiquo notorie sunt subiecti, archidiaconum siquidem non habentes nec habere debentes, a dilecto in Christo Johanne de Flache milite pro emenda homicidij per eum in persona quondam Conradi dicti de Espelbach armigeri, castrensis nostri ibidem in Karelburk, prohdolor perpetrati legittime donati et deputati existunt, prout documentis

Digitized by Google

legittimis nobis constat, nos itaque — deum habentes pre oculis, dominicum quoque cultum in nostro episcopatu nostris temporibus adaugeri ex iniuncti nobis desuper pastoralis officij debito desiderabiliter affectantes, necnon huiusmodi missarie fundacionem seu dotacionem ratificando et gratificando in domino collaudantes — ad ipsius militis supplicacionem votiuam huiusmodi missarie beneficium ecclesiasticum simplex noncuratum presbiterale in ecclesia parrochiali in Mulbach predicta, cuius quidem ecclesie parrochialis et cappelle predicte juspatronatus collacio ac prouisio ad nos et quemlibet .. episcopum herbipolensem pro tempore existentem pertinere noscuntur, de consensu eciam dilecti in Christo Johannis de Byschofsheim rectoris huiusmodi ecclesie et cappelle, jn nomine patris et filii et spiritus sancti canonice sub hiis scriptis jnstituimus intytulamus auctorizamus ac eciam confirmamus, perpetuis quidem temporibus diuina fauente clemencia duraturum.

Juspatronatus autem huiusmodi primissarie beneficij ad .. rectorem ecclesie et cappelle predictarum pro tempore existentem debet perpetuo pertinere, jta videlicet quod idem rector qui pro tempore fuerit ydoneum . . . clericum secularem, actu presbiterum existentem vel saltem infra annum a tempore adepte pacifice possessionis missarie huiusmodi numerandum vtique presbiterandum, legittimo tamen jmpedimento cessante, ad ipsius missarie beneficium cum vacauerit pro missario infra quatuor ebdomadarum spacium a tempore huiusmodi beneficij vacacionis publice ibi note immediate conputandum loci . . episcopo presentare debebit: alioquin ipsius missarie beneficij prouisio pro illa vice dumtaxat ad ipsum loci . . episcopum pertinebit.

Statuendo quoque irrefragabiliter ordinamus, quod quilibet . . missarius huiusmodi missarie pro tempore existens residenciam ibidem in Mülbach continuam absque fraude seu vara faciat personalem, quodque vnacum . . rectore ipsius ecclesie pro tempore existente ibidem, presertim jn diebus dominicis celebribus et festiuis, jn vigiliis quoque suis diuinorum officiis tam diurnis quam nocturnis cum nota habendis, necnon generalibus processionibus debitis et consuetis, nisi legittime fuerit prepeditus, reuerenter intersit, jndutus

Digitized by Google

superpellicio clericali, legendo et cantando debite vnasecum, vt diuina officia ibidem eo deuocius solempnius et decencius celebrentur.

Quiuis quoque . . . missarius huiusmodi, quamprimum adeptus fuerit corporalem possessionem missarie predicte, extunc absque contradictione et dilacione qualibet predicto . . rectori promittere manualis fidei dacione vice et nomine juramenti debebit, quod vniuersas et singulas oblaciones ac missarum conparaciones seu animarum reconmendaciones, quecumque ipsi . . missario publice vel occulte super altari predicto vel alibi intra dictam ecclesiam parrochialem eiusque cimiterium quandocumque facte fuerint seu oblate, totaliter et absque omni vara seu fraude ac sine mora reprehensibili ipsi . . rectori ibidem deferat et presentet.

Preterea quilibet . . missarius huiusmodi nemini in parrochia ibidem vlla sacramenta vel sacramentalia ecclesiastica quomodolibet ministrare presumat, nec se de quocumque sibi seu ipsi missarie legato seu donato in quacumque peccunie seu rerum specie a parrochialibus vtriusque sexus . . personis presertim obeuntibus in parrochia ibidem quomodolibet intromittat priusquam . . rectori ibidem de suo debito seu consueto jure siue testamento anime seu animarum huiusmodi moriencium integre satisfactum existat. Nec alias ipsam ecclesiam parrochialem seu eius . . rectorem pro tempore existentem in suis juribus et vtilitatibus seu prouentibus parrochialibus quibuscumque verbo vel facto directe vel indirecte publice vel occulte per se alium vel alios aliquali jngenio studio vel cautela impediat, neque impedire attemptet, neque eciam se de juribus seu actibus plebanie ibidem absque iussu seu mandato expresso ipsius . . rectoris quomodolibet intromittat, nisi in casu seu articulo emergentis necessitatis, prout jus fieri id permittit. Neque eciam de prouentibus seu juribus parrochialibus ibidem quidquam sibi vsurpare d[ebebi]t, prout dominicam et canonicam obinde voluerit effugere vlcionem. Alias vero quam vt predicitur huiusmodi missaria in preiudicium siue dampnum ipsius parrochialis ecclesie seu . . rectoris eiusdem minime redundare debebit.

Porro bona redditus siue census cum quibus predicta missaria exnunc dotata est ac amplius dotabitur infuturum reuera fore

Digitized by Google

ecclesiastice libertatis decernimus et pronunciamus legittime in hiis scriptis, eximentes ea et presentibus promulgantes exempta a precariis stûris herbergis seu hospiciis ac vniuersaliter ab omni jugo seu onere cuiuslibet laice seu illicite potestatis.

Jnsuper eciam quilibet . . missarius huiusmodi prout . . plebanus ibidem tam in peccorum pascuis et custodia quam eciam in lignorum secacione recepcione ac vsu et vtilitate necnon in aliis juribus seu consuetudinibus ville et marchie . . jncolarumque ibidem vsufructus vtilitate ac libertatis prerogatiua gaudebit.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium perpetuum quoque robur has literas desuper conscriptas mandauimus nostri sigilli appensione muniri.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, V kalendas septembris.

Cujus mentio facta est sigillum filis sericis coloris rubri et viridis ex hoc documento suspensum est.

CLXXIV.

1350, die 10. septembris.

Der römische König Karl verleiht dem Bischofe Albrecht den Gerichtsbann im Bisthume.

Wir Karel von gotes gnaden rômischer kûnig ze allen ziten merer des rychs vnd kûnig ze Beheim veriehen vnd tûn kunt offenlich mit disem brief allen den die jn sehen horen oder lesen: allein wir dem erwirdigen Albreht von Hohenloch, der von sundern gnaden des bêbstlichen stûls von Rome gekoren ist ze byschof ze Wirtzburk, vnserm lieben andehtigen vnd getrûwem, des selben stifts ze Wirtzburk regalia vnd lehen die von vns vnd dem rychc ze lehen gen vntz da her niht verlihen haben, doch

Digitized by Google

haben wir angesehen die stete luter trůwe vnd den willigen dienst do mit er vns vnd daz ryche geert hat vnd noch furbaz geeren mag in kunftigen zyten, vnd gůnnen jm mit vnserm kůniglichem gwalt, daz er des vorgenanten bystůms gerihte lihen mag, vnd auch die selber vnd sine . . rihtere vben vnd rihten můgen, vnd alles daz tůn wie man daz nennet daz er tůn möhte ob er die vorgenanten regalia vnd lehen von vnsern kůniglichen gnaden enpfangen hatte, vnd alles daz gen vns mit hulden vnd sweren vnd mit allen andern sachen getan hatt daz ein byschof ze Wirtzburk gen eim römischen kůnig vnd gen dem heilgen römischen riche durch reht vnd billich tůn sol. Vnd swaz er vnd sine . . rihtere biz her geriht vnd also getån haben, daz halten wir von vnsern kůniglichen gnaden stete. vnd bestetigens auch mit disem brief, der versigelt ist mit vnserm kůniglichen jnsigel.

Geben ze Gretze, nach Cristes geburt drůtzehen hundert in dem funftzigsten jar, an dem nehsten frytak nach vnsrer frawen tak dem letzsten in der ernde, jn dem funften jar vnsrer ryche.

Cujus mentio facta est sigillum filis sericis coloris rubri et viridis ex hoc diplomate suspensum est.

CLXXV.

1350, die 18. septembris.

Albertus electus herbipolensis ad diaconatus ordinem promovetur.

Heinricus dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie perfedeonensis tenore presencium publice profitemur, quod nos — anno domini millesimo CCC° quinquagesimo, sabbato quatuor temporum quo „Venite adoremus“ cantatur, jn cappella castri seu curie jnhabitacionis venerabilis domini . . episcopi bambergensis site prope ecclesiam sue ciuitatis ibidem sacros clericorum ordines

Digitized by Google

celebrantes - - reuerendo in Christo patri et domino domino Alberto electo herbipolensi subdyacono. presencium exhibitori, nostre consecracionis manus imposuimus, jpsum ad dyaconatus ordinem jnuocata sancti spiritus gracia promouendo.

Datum Bamberg, anno atque die predictis, sub nostro sigillo presentibus appenso in testimonium super eo.

Cujus mentio facta est sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum fere omnino integrum est.

CLXXVI.

1350, die 30. septembris.

Die Gebrüder Wiger und Kraft von Meynberg empfangen unter gewissen Bedingungen vom Domcapitel einen Hof zu Obernbreut.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Quas infra sub num. CXCVI pag. 511 et 512 edemus litteras, die 15 mensis junii exhibitas, huc conferre poteris.

CXCII.

1351, die 25. februarii.

Der römische König Karl bescheidet die Stadt Rothenburg zur Schlichtung ihrer Misshelligkeiten mit Bischof Albrecht vor sich nach Nürnberg.

Wir Karl von gots genaden romischer kung ze allen ziten merer des richs vnd kunch ze Behem enbieten vnsern lieben getriwen . . den burgermeistern . . dem rat vnd den . . burgern gemeinlichen der stat ze Rotenburch vnser genad vnd alles gut.

Jwer brief vnd iwer botschaft die ir vns gesant vnd getan habt haben wir wol verstanden vnd gern in genomen.

Sol iwer lieb wizzen, daz wir dem erwirdigen Albrehten byschof ze Wirtzburch, vnserm lieben fürsten, den gebrechen der iuch von im anligt gar vnd gentzlich verbotscheft haben. Er sol auch zu vns komen, ob got wil, ze Nuremberg, da wir schier sin wellen. Vnd da kompt auch ir hin. So wellen wir iuch beiderseit verhören vnd gütlich rihten. Vnd da zwischen tût daz best das ir mügt. Wir haben auch den von Noremberg gescriben, daz si iuch geraten sin die wil wann ir si des ermant.

Geben ze dem Bezdes, an fritag vor vasnaht, jn dem funften jar vnserer rich.

Karoli regis secretum cera rubra his litteris intus impressum majorem partem decidit.

Digitized by Google

CXCIII.

1351, die 1. aprilis.

Otte von Herbelstat wird Erbburgmann auf der hochstiftischen Feste zu Meyningen.

Jn gotes namen amen.

Jch Otte von Herbelstat edelknecht bekenne vnd tůn kunt offenlich an disem brief: wann der erwirdige min gnediger herre bischof Albreht ze Wirtzburk mich zu sinem vnd sins stifts erbeburkman vf siner vesten vnd burg ze Meyningen enpfangen vnd genumen hat, vnd auch mir vnd minen erben daran die svn sin zu eim burklehen darzu bescheiden hat sehs pfunt haller ierlicher gulte, die er vnd sin stift mir vnd minen erben daran alle jar uf sant Mertins tak von der bete ze Meyningen reichen vnd geben suln als lange biz daz sie mir vnd minen erben daran sehtzig pfunt haller geben haben, die ich vnd die selben min erben dann als balde one geuerde an ander gewisse gut oder gult in einer oder zwein milen nehst bi Meyningen gelegen wenden vnd keren vnd zu burkgut haben vnd niezzen suln, oder suln aber da fur vnsers eigenn guts daz nehst bi Meyningen gelegen ist vnd geruweclich dann inne haben in vnsers vorgnanten herren von Wirtzburk vnd sins stifts hant uf geben vnd daz von in zu eim burglehen enpfahen vnd haben, als die brief sagen die ich vnd min erben von minem vorgnanten herren vnd sim stift daruber haben, dar vmb so han ich dem vorgnanten minem herren vnd sim stift von dem selben burglehen vnd auch von dem burkgesez in der selben vesten ze Meyningen gelegen, daz ich vmb den vesten ritter hern Hansen von Helbe recht vnd redelich kauft han, gehult vnd gesworn, daz auch min erben daran furbaz tůn suln, sinen vnd sins stifts frummen ze werben schaden ze warnen, vnd daz selbe burkgut in der vorgnanten vesten

Digitized by Google

getruwelich ze verdienen als gewonlich vnd recht ist. Auch han ich fur mich vnd min erben daran globet mit guten truwen, daz ich die wil ich lebe vnd nach minem tode miner erben einer daran in der vorgnanten vesten ze Meyningen steticlich one geuerde mit hus sitzen vnd wonen suln. Vnd wer daz wir daz nicht enteten, so sol daz vorgnant burklehen vnd burkgesezze vnd auch der buwe den ich fur mich vnd min erben daran globt han zetůn hie zwischen vnd dem nehsten sant Michels tak dem vorgnanten minem herren vnd sinem stift von mir vnd minen erben furbaz ewiclichen gar vnd gentzlich ledig vnd lőz vnd auch veruallen sin, vnd suln auch furbaz darzu kein recht noch ansprach haben.

Vnd dez ze eim vrkunde han ich fur mich vnd min erben gegeben minem vorgnanten herren vnd sim stift mit minem hangenden jnsigel versigelt disen brief, der geben ist, do man zalt nach Cristes geburt drutzehenhundert iar darnach in dem ein vnd funfzigsten jar, am fritak vor sant Ambrosien tak.

Sigilli fascia membranacea ex his litteris suspensi legenda haec est: S. OTTO. DE. HERBILSTAT.

CXCIV.

1351, die 21. maji.

Guido episcopus cardinalis episcopo bambergensi facultatem excommunicationes suspensiones interdicta et alias poenas quibus dioecesis herbipolensis affecta erat remittendi committit.

Guido miseracione diuina portuensis et sancte Ruphine episcopus, sancte romane ecclesie cardinalis, venerabili in Christo patri . . episcopo bambergensi salutem in domino.

Ad uestram noticiam deducimus per presentes, quod nuper sanctissimo patri et domino nostro domino Clementi superna

Digitized by Google

prouidencia pape sexto dilecti in Cristo Alberti de Hohenloch electi herbipolensis exhibita peticione, continente quod dudum ecclesia herbipolensi prefata per obitum bone memorie Ottonis olim episcopi eiusdem pastoris regimine destituta dilecti in domino .. capitulum ipsius ecclesie predictum Albertum, tunc eiusdem ecclesie prepositum in herbipolensem episcopum elegerunt; jdemque Albertus huiusmodi electioni de se facte consenciens ipsam per Henricum, tunc archiepiscopum maguntinum loci metropolitanum, obtinuit confirmari; quarum quidem electionis et confirmacionis pretextu prefatus Albertus administracionem bonorum et iurium ad mensam episcopalem herbipolensem spectancium et aliorum eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus gessit; quodque uacacione electione et confirmacione predictis ad noticiam prefati domini nostri pape deductis — eo quia idem dominus noster papa dum adhuc predictus Otto episcopus herbipolensis dicte ecclesie regimini presidebat prouisionem ipsius ecclesie ea uice disposicioni sue, Alberto capitulo et metropolitano forsitan ignorantibus supradictis, specialiter reseruauerat, decernens irritum et inane, si secus super hijs per quoscumque scienter uel ignoranter contingeret attemptari — electionem predictam post et contra reseruacionem et decretum predicta ac confirmacionem huiusmodi ab eo eciam cuius iuridictio erat suspensa de facto presumptas reputans prout erant irritas et inanes, demum de persona dilecti in Christo Alberti de Hohemberg, tunc canonici constanciensis capellani sui, eidem herbipolensi ecclesie apostolica auctoritate prouidit, ipsumque illi prefecit in episcopum et pastorem.

Postmodum uero dicto Alberto de Hohemberg per eumdem dominum nostrum papam de prefata herbipolensi ecclesia ad ecclesiam frisingensem tunc uacantem ex certis causis racionabilibus translato, nos ex conmissione eiusdem domini nostri pape per suas bullatas litteras, supplicante serenissimo principe Carolo dei gracia Romanorum rege illustri, nobis facta predictum Albertum prepositum humiliter et deuote petentem a sentencijs et penis alijs quibuscumque contra ipsum in processibus domini nostri pape et Alberti de Hohemberg predicti, quia contra pro-

Digitized by Google

uisionem apostolicam de predicto Alberto de Hohemberg ecclesie herbipolensi factam contra formam reseruacionis et decreti predictorum de facto attemptans administracionem gesserat supradictam, ecclesiam herbipolensem bona et iura predicta occupauerat et detinuerat, et alias promulgatis, si quas quomodolibet incurrisset, in forma ecclesie absoluimus, et omnem inhabilitatis irregularitatis et infamie maculam siue notam per eum ob premissa uel alia quacumque causa contractam totaliter aboleuimus, et demum sibi suffragantibus meritis de persona sua eidem ecclesie herbipolensi tunc per supradictam translacionem uacanti dicta apostolica auctoritate prouidimus, eumque illi prefecimus in episcopum et pastorem.

Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, dilecti in domino.. capitulum ipsius ecclesie herbipolensis, qui dictum Albertum tunc prepositum in eorum et eiusdem ecclesie episcopum elegerunt et receperunt, et non nulle alie persone tam ecclesiastice quam seculares, que eciam contra formam reseruacionis et decreti ac prouisionis de dicto Alberto de Hohemberg eidem ecclesie herbipolensi facte apostolicorum predictorum predicto Alberto de Hohenloch obedierunt et fauerunt, et alias contra contenta in reseruacione decreto et prouisione apostolicis et processibus supradictis uel alijs quibuslibet tam apostolica quam ordinaria auctoritate contra eos inde seu eorum occasione quouismodo secutis directe uel indirecte fecerunt et uenerunt, se excommunicacionis, capitula uero collegia et conuentus ecclesiarum et monasteriorum eorum suspensionis et alias iuris et facti sentencias atque penas incurrisse, ac ipsa herbipolensis et alie ecclesie et monasteria ciuitasque herbipolensis opida castra ville et loca ac terre ciuitatis et diocesis herbipolensis ecclesiastico interdicto subiacere noscantur, et nunc penitentis animi ducti consilio ad vnitatem ecclesie redire cupiant, petentes humiliter ab eisdem penis et sentencijs se absolui, prefatus dominus noster papa — consideracione dicti domini regis super hoc eciam pro capitulo et personis predictis sibi dilectis humiliter supplicantis volens saluti et statui capituli et personarum huiusmodi in hac parte salubriter prouidere, ac agere

Digitized by Google

misericorditer cum eisdem — nobis per nos uel alium seu alios personas easdem clericos et laycos eciam sepultos, cuiuscumque preeminencie dignitatis status gradus sexus ordinis uel condicionis fuerint et existant, postquam ad sancta dei euangelia corporaliter tacta de stando mandatis sancte matris ecclesie atque uestris prestiterint iuramentum, ab huiusmodi sentencijs et penis, si hoc humiliter nomine uel pro parte eorum petitum fuerit, iniuncta sibi penitencia salutari, in forma ecclesie absoluendi, ac interdicta quibus ecclesia ciuitas opida castra ville et loca alia ac terre ipsorum subiacent, et quascumque penas alias spirituales et temporales relaxandi et remittendi, ac cum clericis ipsis super irregularitate, si quam (non tamen in contemptum clauium) celebrando diuina uel inmiscendo se illis aut in susceptis ordinibus ministrando forsitan contraxerunt, dispensandi et eos habilitandi et in statum pristinum reducendi auctoritate apostolica concessit plenariam uiue vocis oraculo potestatem.

Cumque, sicut verisimiliter patet, cunctis esset difficile graue et sumptuosum multum ualde ad nos venire singulas personas easdem, et nos ad partes illas non valeamus conmode personaliter nos conferre pro premissis, alijs arduis ecclesie romane negocijs prepediti, paternitati uestre, de qua fiduciam gerimus in domino pleniorem, auctoritate apostolica nobis in hac parte ut premittitur conmissa super premissis omnibus et singulis in forma nobis data superius enarrata conmittimus uices nostras, illam eamdem nobis concessam potestatem tenore presencium concedentes.

Datum Auinione, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, jndictione IIII, mensis maij die vicesima prima, pontificatus eiusdem domini nostri domini Clementis pape sexti anno decimo.

Guidonis presbyteri cardinalis sigillum filis sericis coloris rubri et viridis ex hoc documento suspensum est.

Digitized by Google

CXCV.

1351, die 21. maji.

Curia romana ea que ab Alberto de Hohenloch electo et confirmato in dioecesi herbipolensi in spiritualibus et temporalibus hucusque administrata sunt ratificat et confirmat.

Guido miseracione diuina portuensis et sancte Ruphine episcopus, sancte romane ecclesie cardinalis, vniuersis presentes litteras inspecturis salutem in domino.

Ad omnium noticiam deducimus per easdem, quod nuper sanctissimo patri et domino nostro domino Clementi superna prouidencia pape sexto dilecti in Christo Alberti de Hohenloch electi herbipolensis peticione exhibita, continente quod dudum ecclesia herbipolensi per obitum bone memorie Ottonis olim episcopi eiusdem pastoris regimine destituta dilecti in domino.. capitulum ipsius ecclesie predictum Albertum, tunc eiusdem ecclesie prepositum, in herbipolensem episcopum elegerunt; jdemque Albertus huiusmodi electioni de se facte consenciens ipsam per Henricum, tunc archiepiscopum maguntinum loci metripolitanum, obtinuit confirmari; quarum quidem electionis et confirmacionis pretextu prefatus Albertus administracionem bonorum et iurium ad mensam episcopalem herbipolensem spectancium et aliorum eiusdem ecclesie in spiritualibus et temporalibus gessit; quodque uacacione electione et confirmacione predictis ad noticiam dicti domini nostri pape deductis — eo quia idem dominus noster papa dum adhuc predictus Otto olim episcopus herbipolensis dicte ecclesie regimini presidebat prouisionem ipsius ecclesie ea uice disposicioni sue, Alberto capitulo et metropolitano forsitan ignorantibus supradictis, specialiter reseruauerat, decernens irritum et inane, si secus super hijs per quoscumque scienter uel ignoranter

Digitized by Google

contingeret attemptari — electionem predictam post et contra reseruacionem et decretum predicta ac confirmacionem huiusmodi ab eo eciam cuius iurisdictio erat suspensa de facto presumptas reputans prout erant irritas et inanes, demum de persona dilecti in Christo Alberti de Hohemberg, tunc canonici constanciensis cappellani sui, eidem herbipolensi ecclesie apostolica auctoritate prouidit, ipsumque illi prefecit in episcopum et pastorem.

Postmodum uero dicto Alberto de Hohemberg per eumdem dominum nostrum papam de prefata herbipolensi ecclesia ad ecclesiam frisingensem tunc uacantem ex certis causis racionabilibus translato, nos ex conmissione eiusdem domini nostri pape per suas bullatas litteras, supplicante serenissimo principe domino Carolo dei gracia Romanorum rege illustri, nobis facta predictum Albertum prepositum humiliter et deuote petentem a sentencijs et penis alijs quibuscumque contra ipsum in processibus domini nostri pape et Alberti de Hohemberg predictorum, quia contra prouisionem apostolicam de predicto Alberto de Hohemberg ecclesie herbipolensi factam contra formam reseruacionis et decreti predictorum de facto attemptans administracionem gesserat supradictam, ac ecclesiam herbipolensem bona et iura predicta occupauerat et detinuerat, et alias promulgatis, si quas quomodolibet incurrisset, in forma ecclesie absoluimus, et omnem inhabilitatis irregularitatis et infamie maculam siue notam per eum ob premissa uel alia quacumque causa contractam totaliter aboleuimus, et demum sibi suffragantibus meritis de persona sua eidem ecclesie herbipolensi tunc per supradictam translacionem uacanti dicta auctoritate apostolica prouidimus, eumque illi prefecimus in episcopum et pastorem.

Quare, cum predictus Albertus de Hohenloch propter administracionem suam huiusmodi, quam electionis et confirmacionis predictarum pretextu, antequam nos de persona sua prouidissemus ecclesie herbipolensi prefate, eumque illi prefecissemus in episcopum et pastorem, gesserat, que ue ipso facto ex reseruacione et decreto supradictis domini nostri pape et alijs ac ab ipsis subsecutis irrita dicitur et inanis, et nonnulle alie persone que aucto-

ritate qua tunc fungebatur in spiritualibus et temporalibus administrarunt pro eo, et eciam alie que ab eodem et personis huiusmodi administracionem receperunt prefatam et occasione huiusmodi multos inde sumptus pertulerunt et labores, ut indempnitatibus ipsorum consulatur supplicari fecit humiliter prefato domino nostro pape, ut quecumque administrata facta et gesta per ipsum electionis et confirmacionis ipsarum pretextu, antequam nos de persona sua prouidissemus ecclesie herbipolensi predicte, ipsumque illi prefecissemus in episcopum et pastorem, auctoritate apostolica ex certa sciencia approbare confirmare aut alias roborare benigniter dignaretur, jdem igitur dominus noster papa — volens consideracione eciam domini..regis Romanorum super hoc humiliter supplicantis Albertum de Hohenloch electum predictum et per eum personas alias supradictas prosequi graciose — tam in spiritualibus quam temporalibus administrata facta uel alias quomodolibet ut premittitur gesta auctoritate apostolica viue uocis oraculo in presencia nostra de sue plenitudine potestatis ratificauit approbauit et ex sua certa sciencia confirmauit, ac eciam voluit et decreuit quod huiusmodi administrata facta gesta et quecumque secuta ex eisdem, dummodo alias canonice facta fuerint, perinde ualeant ac suum sortita sint et sortiri debeant effectum, plenamque roboris firmitatem obtineant acsi de persona ipsius Alberti de Hohenloch ante electionem et confirmacionem predictas ecclesie herbipolensi predicte tunc per obitum dicti Ottonis uacanti inmediate prouisum per sedem apostolicam, ipseque Albertus extunc continue in obediencia et deuocione sedis eiusdem assiduus, et de alia persona post uacacionem huiusmodi facta nulla queuis apostolica prouisio extitissent.

Jn quorum testimonium presentes litteras de mandato dicti domini nostri pape fecimus fieri, et nostri sigilli appensione munirj, ac dicto Alberto herbipolensi electo ad futuram rei memoriam expedirj.

Datum Auinione, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, jndictione IIII^a^, mensis maij die vicesima prima,

pontificatus eiusdem domini nostri domini Clementis pape sexti anno decimo.

Guidonis presbyteri cardinalis sigillum filis sericis coloris rubri et viridis ex hoc documento suspensum est.

CXCVI.

1351, die 15. junii.

Graf Johann zu Hennenberg verbrieft dem Hochstifte die treue Bewahrung beziehungsweise die Benutzungsbefugniss der Reichs- und Kurfürstenurkunden über Schweinfurt.

Wir Johans von gots gnaden grafe ze Hennenberg bekennen vnd tůn kunt offenlichen an disem brief allen den die in sehen lesen oder hören lesen, daz wir dem erwirdigen herren hern Albrecht byschof vnserm gnedigen herren vnd dem stifte ze Wirtzburg fur vns vnd vnser erben bi vnsern truwen globt haben, daz wir die briefe die wir vber die stat Swinfurt vnd ire zugehornden von dem riche vnd den..kurfursten haben zů getruwer hant behalten vnd bewaren sullen zu irm gelt vnd recht daz sie vf der stat Swinfurt vnd irn zugehornden haben glicher wiz' als zu vnser selbs gelt vnd recht daz wir dar vffe haben one geuerde.

Vnd wer daz sie dhein not oder tage antrete dar zu sie der briefe oder vnser manungo bedorften, so suln wir in da mit zu irm recht vnd gelte dar an vorderlich beholfen sin als ob ez vns selber an trete one geuerde. Daz selbe sol auch tůn glicher wiz' one geuerde swer vnser erbe daran ist. Wer auch vnd swelher, ir sie einer oder mer, die vorgnanten brief von vnsern vnd vnser erben wegen daran jnne haben, vnd swie dicke auch die gewandelt werden, die suln auch vnserm vorgnanten herren sinen nachkomen

Digitized by

byschofen vnd sinem stift ze Wirtzburg globen, daz sie jne mit den selben briefen gewarten vnd tůn one geuerde in aller der wise als vorgeschriben stet.

Vnd ditz alles sol also weren vnd bliben alle die wile vnd wir vnd vnser erben die vorgnanten burg vnd stat Swinfurt mit irn zugehornden vmb vnsern vorgnanten herren vnd sinen stift ze Wirtzburg nicht wider geloset haben.

Dez zu eim gezugnusse vnd waren vrkunde ist vnser jnsigel gehenket an disen brief, der geben ist do man zalt nach Cristes geburt druzehen hundert jar dar nach in dem ein vnd funftzigesten jar, an sant Vites tak.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Quas supra sub num. CXCI pag. 499—502 edidimus litteras, die 15 mensis februarii exhibitas, huc conferre poteris.

CXCVII.

1351, die 13. julii.

Clerus dioecesis herbipolensis saecularis et religiosus procuratores impetrandi remissionem poenarum processibus papalibus tam in Ludovici quondam imperatoris fautores quam occasione provisionis episcopatus herbipolensis factis promulgatarum constituit.

Jn dei nomine amen.

Tenore harum litterarum perceptoribus pateat vniuersis, quod nos diuina permissione Johannes electus et confirmatus in abbatem sancti Burkardi, Hermannus sancti Stephani, et Philippus sancti Jacobi monasteriorum herbipolensium abbates ordinis sancti Benedicti, necnon maioris, sancti Johannis in Haug*,

Digitized by Google

ac Nouimonasterij ecclesiarum herbipolensium .. capitula, dictorumque monasteriorum .. conuentus ac omnes et singuli ibidem conuentuales .. persone pro nobis et vniuerso clero herbipolensi; specialiter quoque nos Albertus de Ebersper[g] scolasticus, Wolframus Pincerna de Rosseberg thesaurarius, Albertus de Hessebûrg archidiaconus, Eberhardus de Hohenberg, Lûppoldus de Bebenburg, archidiaconus, Gotfridus de Nidegk archidiaconus, Marquardus de Heydegk cantor, Johannes Pincerna de Erpach, Eberhardus de Hirzhorn, Johannes de Grûnbach, archidiaconi, Johannes de Rosenberg, Theodoricus de Mospach archidiaconus, Fridericus de Stahelberg, Richardus de Sebech, Johannes de Saltza, Johannes de Saltzberg, Heinricus Coquinarius de Nortenberg, Petrus de Tôrtzbach, Petrus de Tûnnefelt, Engelhardus de Bebenbûrg, Fridericus de Kastel, Ernestus de Ristenhûsen, Heinricus de Reinstein, Wolframus de Lapide, Johannes de Brenden, Heinricus de Spekfelt, Eberhardus de Mospach, Ergkengerus de Sauwenshein, Hartungus de Liebsperg, Eberhardus de Saûnshein, Otto Wippertus et Johannes dicti Wolfeskel fratres, Karolus de Hessebûrg, Judocus de Katzenstein, Heinricus de Lapide, Gotfridus de Nydegk junior, Rudolfus Pincerna de Erpach, Johannes Hofwartt, Erkengerus de Saunshein, aliique .. canonici ipsius ecclesie herbipolensis maioris; nos quoque Heinricus Zobel decanus, Hartliebus Dapifer, Heinricus de Ôzfelt, Jacobus de Vbenkein, Walkanus de Reno, Conradus Prûl, magister Bertoldus Plûmentrost scolasticus, Johannes de Rotenburg cantor, Heinricus de Flach, Ratpoto de Mertzenshein, Heinricus de Wasûngen, Johannes de Weidelburg, Conradus de Hallis custos, Heinricus de Reinstein, Fridericus de Wolmershusen, Conradus Hûrnhein, Hermannus Virnkorn, Johannes de Carpena, Conradus de Hamelnburg, Eberhardus de Gattenhouen, Eberhardus de Herbipoli dictus de Zimmern,

Digitized by Google

Waltherus et Waltherus dicti de Domo lapidea in Gamundia, Luppoldus de Grůnbach, Nicolaus de Liehtenberg, aliique . . canonici ecclesie in Haug predicte; nos eciam Eberhardus de Boppfingen custos, Wernherus de Amorbach, Rudigerus de Bechlingen, Wůlfingus de Heidenheim, Johannes de Ariete cantor, Nicolaus de Bůrkhein, Heinricus de Heilsprunna, Fridericus de Herbstleben, Heinricus de Dietenkein, Arnoldus de Kitzingen, Michael de Leone dictus de Moguncia scolasticus, Johannes de Malberg, Conradus Bersich, Heinricus Grůb, Conradus dictus Minner, Johannes Katzenstein, Conradus dictus Paters, Fridricus de Důrn, Petrus dictus Witich, Jringus de Noua ciuitate, Petrus de Spekfelt, Johannes de Ariete junior, Fridericus dictus Freudenrich, Johannes de Heilkprunna, Eberhardus Goltstein, Johannes de Augusta, Jacobus Katzenstein, aliique canonici ecclesie Nouimonasterij prelibati; jnsuper quoque nos Fridericus de Amorbach, Johannes de Wormacia, prebendales, Heinricus de sancto Stephano, Johannes de Hamelburg succentor, Waltherus de Wisentpach, Ludowicus de Grůnsfelt, Brůno de Ohsenfůrt, Heinricus Thuringus dictus de Katzenwikhůs, Conradus de Hamelburg dictus de sancto Gallo, Wŏrtwinus de Gambůrg, Hartungus dictus Eschenweg, Johannes de Megkenmůlen, Conradus de Megkenmůlen, Albertus de Westfalia, Johannes de Wimppina, Heinricus de Kranach, Fridericus de Nŏrdlingen dictus Pauper, Nicolaus de Oppferbein, Heinricus de Karlspach, Fridericus de Werthein dictus de Ergershein, Theodoricus dictus de Jngolstat, Heinricus de Astauia, Albertus dictus Můntscheller, Petrus de Byschofeshein, Andreas dictus Zirkenbach de Hamelburg, Heinricus de Gotta, sacerdotes, Bertoldus de Gotta, Bertoldus dictus Roleder, Heinricus dictus Sendelfelt, Heinricus Sueuus dictus de Golnhouen, Heinricus de Karlburg subcustos, Conradus de Hefingen, Conradus

Digitized by Google

de Harthein, Vllinus de Steten, Fridericus de Linach, Johannes dictus Roleder, Heinricus dictus Hachenberg, Nicolaus de Steten, Johannes dictus Beyer, Hermannus dictus Remel, Johannes dictus Stellwagen, Johannes de Gottha, aliique .. vicarij, Arnoldus dictus de Lancheim cappellanus capelle in Rosseberg prope Herbipolim, et Conradus dictus de Wigkershein, quondam vicarij, Heinricus dictus de Sande sacerdos, Theodoricus de Nůenbůrg dictus Reprobst dyaconus et lector, chorales ipsius ecclesie herbipolensis maioris; nos quoque Johannes de Heroldeshusen, Conradus dictus Armkneht, Nicolaus de Missna, Vlricus de Verspach, Conradus dictus de Foro, Gernoldus de Wertheim, Bertoldus dictus Zieger de Fulda, Fridricus de Fůhtwang, Conradus de Rotenbůrg, Růdolfus de Hůnfelt, Petrus de Karlstat, Vlricus dictus Hegel, Sifridus de Nůenstat, Conradus dictus Bůzbagk, Fridericus dictus in der Auwe, Sifridus dictus Ratpot de Mertzenshein, Dietricus de Thuringia, Conradus de Boppfingen, Conradus de Mergentheim, Gyso dictus Zieger de Fulda, aliique .. vicarii, Heinricus dictus Schele de Heidenfelt, Johannes dictus Thomas de Kassel, clerici in sacris ordinibus constituti, lectores chori ecclesie sancti Johannis in Hauge predicte; nos eciam Albertus de Wisentpach, Gernoldus de Wisentpach, Gôtfridus de Grůnsfelt, Siboto de Herbipoli oriundus subcustos, Heinricus dictus Schilling de Bůtert, Conradus dictus der sůzz Conrat, Conradus dictus de sancto Laurencio, Helyas dictus de sancto Laurencio, Ludowicus de Lor, Heinricus Bersich, Andreas de Bůtert, Bartholomeus de Bůtert, Vlricus de Spira, Conradus Grůb, Johannes de Rotenburg, Heinricus Sweuus, Johannes Goldram, Siboldus Thuringus, Johannes de Hettingesfelt, Johannes de Retzstat, Conradus de Rotenbůrg, Johannes de Lor, Johannes dictus de sancto Bůrkardo, Conradus dictus de Schippfe, aliique .. vicarij, Heinricus de Jsenach sacerdos succentor, Albertus dictus Gredinger

de Bamberg dyaconus, Johannes dictus Schintfezzel subdyaconus, lectores chori ecclesie Nouimonasterij supradicte; earundemque ecclesiarum scolarum . . rectores . . scolares . . consorciales . . chorales . . subchorales seu ribiciarij . . dormitoriarij . . ecclesiastici . . campanarij ac alij in eisdem ecclesijs . . seruitores; preterea nos Conradus de Dûrn viceplebanus, Johannes de Vritzschlaria, Heinricus dictus Merbot, Heinricus dictus Vogel de Melrstat, sacerdotes socij plebanie ecclesie herbipolensis maioris; jtem nos Petrus plebanus parrochie in Sande herbipolensis, Heinricus dictus Merbot presbiter eius socius; jtem nos Conradus plebanus parrochie in Haug herbipolensis, Wernherus de Thuringia presbiter suus socius; jtem nos Heinricus plebanus parrochie in Bleichach herbipolensis, Gerungus de Tûngden primissarius ibidem; jtem et Albertus plebanus parrochie ad sanctum Bûrkardum herbipolensis, et Gerhardus de Moguncia sacerdos eius socius; aliique . . sacerdotes socij . . scolares ac . . ecclesiastici seruitores plebaniarum predictarum; jtem nos Heinricus de herbipolensis omnium animarum, Johannes de Rosenfelt sancti Gothardi in ponte, Johannes sanctorum Felicis et Adaucti in curia dicta zv Greuenegkart, et Conradus beatorum Philippi et Jacobi apostolorum zvder vinstern cappellen cappellarum herbipolensium cappellani; nos eciam Johannes de Saxonia quondam ecclesiasticus Herbipoli, Johannes de Wormacia, et Heinricus Saxo, aliique . . sacerdotes non intitulati seu beneficiati Herbipoli cum domicilio habitantes et officiantes altaria in ecclesijs predictis et capellis ibidem; jnsuper quoque nos Conradus dictus Linse de Mûnrstat, Heinricus dictus Remel, Johannes de Northûsen, Johannes dictus Amelung, aliique . . officiales et . . scribe archidiaconorum herbipolensium predictorum, aduocati eciam . . procuratores . . tabelliones . . notarii eciam publici . . scribe et . . sigillatores . . precones et . . nuncii jurati eciam . . officiati judiciorum ecclesiasticorum herbipolensium; Heinricus eciam dictus Katzenstein notarius, Conradus dictus Vzzenhein scriptor coquine curie episcopalis herbipolensis Johannes et Cunradus dicti de Leone fratres, Marquard

dictus Kempff de Amberg, et Bertoldus dictus de Eychach, clerici herbipolenses; jtem eciam nos . . conmendatores et . . priores aliique . . fratres conuentuales tam clericales quam laycales domorum herbipolensium fratrum sancte Marie ordinis Theutonicorum et hospitalis sancti Johannis jerosolymitani; jtem et nos . . priores . . gardianus et singuli . . fratres conuentuales domorum herbipolensium ordinum . . predicatorum, et . . minorum, et sancti Augustini, Carmelitarumque fratrum; cetereque persone vniuerse et singule ecclesiastice tam religiose quam seculares vtriusque sexus exempte et non exempte, nostrumque . . collegia et . . conuentus cuiuscumque ordinis professionis gradus status vel condicionis existant ipsius ciuitatis herbipolensis et suburbiorum suorum conmuniter seu coniunctim ac diuisim — prouide attendentes, quod si infrascripta fieri ac procedere ad effectum necessitas non vrgeret, nichilominus tamen superhabundans cautela pro augenda salute nostrarum animarum swaderet, cum bonarum mencium sit ibi culpam agnoscere seu timere vbi culpa minime reperitur — propterea honestos et discretos viros Johannem de Sûzlingen jn Bûtenhein, Heinricum de Augea jn Amelingstat, ecclesiarum parrochialium dyocesis bambergensis plebanos, Johannem de Frankenfort succentorem, Heinricum dictum Plessener, Heinricum et Johannem dictos de Rotenberg maioris, Ottonem Krempel et Heinricum dictum Wilhelm sancti Stephani ecclesiarum bambergensium vicarios, Ottonem de Kranach bambergensis dyocesis presbiterum, et Albertum de Altenbûrk nûwenburgensis dyocesis clericum nostros fecimus ac in hijs scriptis constituimus procuratores ac nuncios speciales et quemlibet eorum insolidum ad impetrandum petendum optinendum et recipiendum humiliter atque rite a reuerendo in Christo patre domino Friderico episcopo bambergensi, nostro domino gracioso, conmissario a sancta sede apostolica desuper deputato, beneficium absolucionis remissionis et relaxacionis ab exconmunicacionis suspensionis et jnterdicti aliisque penis et sentencijs ab homine vel a jure prolatis jn processibus quidem contra quondam dominum Ludowicum de Bawaria

Digitized by Google

suosque . . fautores a dicta sede promulgatis iamdudum, quas incidisse censemur, et quibus eciam secundum tenorem dictorum processuum nostra . . capitula . . collegia et . . conuentus, ecclesia eciam ciuitas et dyocesis herbipolensis alieque ecclesie capelle ac loca nostra ibidem coniunctim seu diuisim subiacere censentur, exceptis . . gardiano et . . fratribus minoribus prelibatis, ac eciam . . sanctemonialibus monasterij sancte Agnetis ordinis sancte Clare suisque . . conuentibus cum certis sui ordinis . . personis jampridem in hoc casu bawarino debite absolutis, necnon ad confitendum specifice et diuisim nostros excessus et defectus in premissis, et ad jurandum eciam in animas nostras articulos in litteris apostolicis prelibato domino episcopo bambergensi directis contentos obseruanciamque eorum, jtem ad petendum et recipiendum vt supra humiliter atque rite nostro nomine et pro nobis omnibus et singulis indistincte seu indifferenter conmuniter ac diuisim ab eodem domino episcopo bambergensi, conmissario eciam desuper auctoritate ipsius sedis apostolice deputato, beneficium absolucionis remissionis et relaxacionis ab exconmunicacionis suspensionis et jnterdicti aliisque penis et sentencijs nos videlicet seu personas nostras nostrumque . . capitula . . collegia et . . conuentus ecclesiam eciam ciuitatem et dyocesim herbipolensem aliasque ecclesias capellas ac loca nostrum ibidem coniunctim seu diuisim contingentibus, de quibus et vt continetur in processibus tam apostolica ad instanciam domini Alberti de Hohenberg tunc pridem ab ipsa sede apostolica in episcopum herbipolensem prefecti, deinde vero ad ecclesiam frisingensem translati, quam ordinaria eiusdem domini Alberti vt tunc herbipolensis electi auctoritate jn negocio episcopali ipsius ecclesie herbipolensis pro eodem domino Alberto de Hohenberg vt tunc herbipolensi electo contra reuerendum dominum Albertum de Hohenloch, nostrum dominum graciosum, tunc quidem nondum sed modo pridem diuina et ipsius sedis apostolice prouidencia in episcopum herbipolensem prefectum suosque fautores latis et promulgatis iamdudum, et ad prestandum prius desuper in animas nostras juramentum ad sancta dei ewangelia corporaliter tangenda de stando mandatis sancte matris

Digitized by Google

ecclesie et ipsius domini conmissarij in hac parte, ad impetrandum quoque et recipiendum vt supra humiliter atque rite ab eodem domino conmissario beneficium dispensandi cum nobis quidem clericis dumtaxat super jrregularitate quam huiusmodi duplicium seu plurium processuum penis atque sentencijs coniunctim seu diuisim irretiti celebrando diuina vel inmiscendo nos illis aut in susceptis ordinibus ministrando vel in locis ecclesiastico suppositis jnterdicto seu alias premissorum occasione contraxisse censemur, nos quoque habilitandi exinde et in statum pristinum reducendi auctoritate apostolica vt prefertur conmissa, et ad audiendum recipiendumque obinde in vtroque seu quolibet casuum predictorum a prefato domino conmissario jniunctionem salutaris penitencie debite adimplende, necnon ad faciendum omnia et singula alia existencia in premissis et quolibet premissorum necessaria ac eciam opportuna, eciam si mandatum exigant speciale, et que nosmet ipsi deberemus facere seu possemus si personaliter adessemus, ratum et gratum sub debito obediencie nostre ac rerum nostrarum omni ypoteka nos omnes et singule persone constituentes . . procuratores de quibus et vt premittitur nostrumque . . capitula . . collegia et . . conuentus predicti vtique habituri quicquid per nostros . . . procuratores predictos seu quemcumque ex eis nostro nomine ac pro nobis conmuniter seu diuisim factum fuerit in premissis seu premissorum quocumque.

Jn cuius rei testimonium nostrum . . abbatum . . capitulorum et . . conuentuum herbipolensium nominatim siue specifice superius expressorum sigilla vnacum sigillo honorabilis domini . . officialis curie herbipolensis eciam ad peticionem nostrum aliorum . . collegiorum et . . conuentuum ac ipsorum et aliarum nostrum personarum constituencium procuratores de quibus et vt premittitur presentibus sunt appensa.

Nos quoque . . . officialis iamdictus recognoscimus et patefacimus in hiis scriptis, nostrum quidem sigillum ad huiusmodi constituencium peticionem fore huic jnstrumento eciam coappensum jn testimonium premissorum.

Digitized by

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC° quinquagesimo primo, III° jdus julii.

Decem quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa plus minus laesa sunt.

CIIC.

1351, die 23. julii.

Albertus episcopus capellam in Stetberg cum quibusdam aliis locis a parochiali in Wyler ecclesia separatam instituit plebaniam.

Jn dei nomine amen.

Albertus diuina et apostolice sedis gracia in episcopum herbipolensem prefectus ad huius laudabilis rei memoriam sempiternam.

Quoniam, vt sacer canon testatur, bone rei dare patrocinium seu consultum et presentis vite subsidium optinere et eterne remuneracionis premium expectare meretur, cum itaque dilecti in Christo Vlricus dictus Plast de Stetberg, aduocatus in Geylnawe, et Elysabeth coniuges, aliique . . christifideles de bonis sibi a deo super terram collatis felici et conmendabili conmutacionis temporalium in spiritualia et transitoriorum in perpetua ymmo terrenorum in celestia conmercio sūb titulo legitime donacionis inter viuos irreuocabilis et perfecte beate Marie virginis et sancti Johannis baptiste cappellam seu ecclesiam in Stetberg, filialem ecclesie parrochialis sancti Vyti in Wyler nostre diocesis, cum certa sua dote antiqua dotatam amplius adeo sufficienter et legitime jn laudem omnipotentis dei et gloriosissime virginis Marie genitricis sue et sancti Johannis predictorum tociusque jerarchie celestis et ob diuini numinis cultus augmentum pro suarum suorumque predecessorum ac . . successorum animarum remedio salutari dotarint,

Digitized by Google

vt exinde .. sacerdos eandem cappellam regens vt plebanus ibidem perpetuo valeat sustentari; nobis quoque eciam humiliter supplicarint, vt huiusmodi dotacionem ratam atque gratam habere, necnon dictam cappellam seu ecclesiam filialem in Stetberk, cum cappella sancte crucis ville in Kadolshofen, cum villa in Byrkech, ac eciam cum plebibus et jncolis ac marchijs eorundem, ac eciam cum loco olim curiarum in Vllenhofen ac suis jncolis ibidem, sitis quidem hijs omnibus infra limites ecclesie parrochialis in Wyler predicte, ab huiusmodi parrochiali ecclesia, eius matrice, canonice seperare et per se distinctam ecclesiam parrochialem seu curatam creare jnstituere et intitulare, a qua videlicet ecclesia in Stetberg seu eius speciali plebano jpsi villani seu jncole vtriusque sexus tam ibidem in Stetberg quam eciam in Kadoltzhofen Birkech et Vllenhofen presentes et futuri sacramenta et sacramentalia ecclesiastica percipere valeant et debeant decetero libere et condigne, nec pro hijs uel alijs juribus parrochialibus eciam sacri baptizmatis seu ecclesiastice sepulture ad dictam matricem ecclesiam uel eius . . plebanum respectum habere deinceps quomodolibet teneantur, fauorabiliter dignaremur: nos itaque ex pastoralis desuper nobis crediti officij debito — cultum diuini numinis in nostro episcopatu augeri desiderabiliter affectantes, ac prouide attendentes quod prelibati jncole seu villani ipsam matricem ecclesiam pluuiarum tempore ac propter loci distanciam ac eciam viarum intermediarum siluestrium discrimina adire et diuinorum officijs interesse ibidem plerumque sine difficultate et inconmoditate euidente non possint, et ipsis a plebano ipsius matricis ecclesie sacramenta et sacramentalia ecclesiastica sepe non valeant conmode ministrari, quodque dicta matrix ecclesia eiusque plebanus alias tam in plebe quam redditibus et prouentibus parrochialibus ac eciam specialiter ex causa reconpensacionis sibi facte debite in premissis adeo noscitur habundare quod huiusmodi locorum cappellarum ac plebium et jncolarum predictarum seperacio magis in profectum quam defectum seu preiudicium ipsi matrici ecclesie vtique redundabit, quinymmo absque quouis ipsius matricis ecclesie eiusque plebani damno prorsus procedit, prout de premissorum veritate inquisiuimus diligenter ac

Digitized by Google

eciam alias legitime nobis constat — propterea dictorum supplicancium pijs precibus noninmerito inclinati, dotacionem de qua predicitur ratam atque gratam tenentes ac in domino commendantes, predictam in Stetberg cappellam filialem cum predescriptis capella sancte crucis ac villis in Kadolzhofen et in Byrkech ac loco in Vllenhofen suisque marchiis plebibus jncolisque ibidem a predicta in Wyler parrochiali ecclesia, sua matrice hucusque, ac plebania ibidem de consensu dilectorum in Christo Vlrici decani et capituli ecclesie noui collegij in Spalte eystetensis diocesis, patronorum ac collatorum, et Petri plebani eiusdem ecclesie parrochialis in Wyler seperando dimembrando ac distinguendo canonice in hijs scriptis ex causis pretactis et alijs legitimis et racionabilibus nos ad hoc mouentibus jn nomine patris et filij et spiritus sancti creamus jnstituimus intitulamus auctorizamus ac eciam confirmamus jn ecclesiam parrochialem seu curatam siue habentem curam animarum dictorum jncolarum annexam, a predicta in Wyler parrochiali ecclesia eiusque plebania perpetuo et irrefragabiliter seperatam penitusque distinctam, perpetuis quidem temporibus diuina fauente clemencia duraturam, deinceps nempe habere debentem ydoneum . . sacerdotem vt plebanum proprium pro regimine animarum, et baptisterium pro baptizandis, et cymiterium pro defunctis sepeliendis ibidem. Nec huiusmodi seperata ecclesia debet se ecclesie parrochiali in Wyler predicte in obseruancia jnhibicionis sepulture seu jnterdicti ecclesiastici qualiscumque decetero quomodolibet conformare.

Juspatronatus autem ac collacionem eiusdem seperate ecclesie in Stetberg . . patronis ac collatoribus ecclesie parrochialis in Wyler de quibus predicitur pro tempore existentibus presentibus debite reseruamus, jta videlicet quod ijdem patroni ac collatores qui pro tempore fuerint ydoneum clericum secularem, actu presbyterum existentem, uel saltem infra annum a tempore adepte pacifice possessionis eiusdem seperate ecclesie numerandum vtique presbyterandum, legitimo tamen impedimento cessante, decetero ad ipsam in Stetberg seperatam ecclesiam quociens vacauerit pro plebano loci . . dyocesano infra juris tempus presentare debebunt. Alioquin

Digitized by Google

eiusdem seperate ecclesie collacio seu eius prouisio ad ipsum loci diocesanum pro illa vice tantummodo deuoluetur.

Statuendo quoque presentibus ordinamus irrefragabiliter obseruandum, quod quilibet plebanus huiusmodi seperate ecclesie ibidem in Stetberg continuam absque vara seu fraude residenciam cum domicilio faciat personalem; quodque quilibet plebanus ecclesie parrochialis in Wyler predicte tres partes, et quiuis . . plebanus huiusmodi seperate ecclesie in Stetberg quartam partem tam ordinariarum quam extraordinariarum collectarum superiorum ecclesiasticorum . . prelatorum quibuscumque nominibus nuncupentur exoluere siue dare decetero teneantur; quodque sinodus popularis ibidem in Stetberg decetero eciam vt hactenus ab antiquo annis singulis celebretur.

Porro bona redditus atque census tum quibus dicta in Stetberg ecclesia exnunc dotata est ac amplius dotabitur infuturum reuera fore ecclesiastice libertatis ac emunitatis, ea quoque necnon eciam ipsum plebanum ibidem pro tempore existentem emunitatibus libertatibus prerogatiuis et juribus aliorum nostre diocesis plebanorum gaudere et vtifrui debere decernimus et pronunciamus legitime, in hijs scriptis eximentes eum et ea, et presentibus promulgantes exempta a precarijs stûris herbergijs seu hospicijs ac vniuersaliter ab omni jugo seu onere cuiuslibet layce seu illicite potestatis.

Jnsuper eciam quilibet plebanus huiusmodi seperate ecclesie vt plebanus matricis seu parrochialis ecclesie ibi et alibi per nostram diocesim secundum exigenciam juris eciam synodalis ac consuetudinis desuper obseruate tam in luminibus seu candelis ecclesiasticis, quam in peccorum pascuis et custodia, et eciam in secacione lignorum conmunium si qua pro tempore ibi fuerint recepcione ac vsu, necnon in alijs juribus seu consuetudinibus ville et marchie ibidem emunitatis seu libertatis prerogatiua gaudebit. Necnon eciam vniuersitas jncolarum ibidem in Stetberg suorum peccorum pastori seu custodi pro plebano ibidem sedecim capita peccorum decetero annis singulis appreciare debebit. Et ad hec huiusmodi jn-

Digitized by Google

colarum in Stetberg vniuersitas legitime se astrinxit, vt legitime nobis constat.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium perpetuum atque robur has litteras desuper conscriptas mandauimus nostri sigilli appensione muniri.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, X° kalendas augusti.

Cujus mentio facta est sigillum filis sericis coloris rubri et viridis ex hoc documento suspensum est.

Loci nomen prima manu Vllenhofen scriptum secunda manu atramento pallidiore ubique in documento in Wellenhofen mutatum est.

CIC.

1351, die 3. augusti.

Clerus dioecesis herbipolensis saecularis et religiosus necnon personae judiciorum saecularium herbipolensium et laici civitatis wirziburgensis a poenis promulgatis processibus papalibus tam in Ludovici quondam imperatoris fautores quam occasione provisionis episcopatus herbipolensis factis absolvuntur.

1.

Fridericus dei et sancte sedis appostolice gracia episcopus bambergensis, conmissarius eiusdem sedis auctoritate ad infrascripta deputatus, tenore presencium . . perceptoribus patefacimus vniuersis, quod dilectos in Christo Johannem electum et confirmatum in abbatem sancti Burkardi, Hermannum sancti Stephani, Philippum sancti Jacobi monasteriorum herbipolensium abbates ordinis sancti Benedicti, necnon maioris, sancti Johannis in Hauge, ac Nouimonasterij ecclesiarum herbipolensium . . capitula, dictorumque monasteriorum conuentus ac omnes et singulas ibidem conuentuales personas; specialiter quoque

Digitized by

Albertum de Ebersperg scolasticum, Wolframum Pincernam de Rosseberg thesaurarium, Albertum de Hesseburg archidiaconum, Eberhardum de Hohenberg, Lůppoldum de Bebenburg archidiaconum, Gŏtfridum de Nydegk archidiaconum, Marquardum de Heydegk cantorem, Johannem Pincernam de Erpach, Eberhardum de Hirzhorn, Johannem de Grůnbach, archidiaconos, Johannem de Rosenberg, Theodoricum de Masbach archidiaconum, Fridericum de Stahelberg, Richardum de Sebech, Johannem de Saltza, Johannem de Saltzberg, Heinricum Coquinarium de Nortenberg, Petrum de Tŏrtzbach, Petrum de Tůnnefelt, Engelhardum de Bebenburg, Fridericum de Kastel, Ernestum de Ristenhusen, Heinricum de Reinstein, Wolframum de Lapide, Johannem de Brenden, Heinricum de Spekfe[l]t, Eberhardum de Masbach, Ergkengerum de Saůnshein, Hartungum de Liebsperg, Eberhardum de Saunshein, Ottonem Wippertum et Johannem dictos Wolfeskel fratres, Karolum de Hesseburg, Judocum Katzenstein, Heinricum de Lapide, Gotfridum de Nidegk juniorem, Rudolfum Pincernam de Erpach, Johannem Hofwart, Ergkengerum de Saůnshein, aliosque .. canonicos ipsius ecclesie herbipolensis maioris; jtem Heinricum dictum Zobel decanum, Hartliebum Dapiferum, Heinricum de Ŏzfelt, Jacobum de Vbenkein, Walkanum de Reno, Conradum Průl, magistrum Bertoldum Plůmentrost scolasticum, Johannem de Rotenburg cantorem, Heinricum de Flach, Ratpotonem de Mertzenshein, Heinricum de Wasungen, Johannem de Weidelberg, Conradum de Hallis custodem, Heinricum de Reinstein, Fridricum de Wolmerhusen, Conradum Hůrnhein, Hermannum Virnkorn, Johannem de Carpena, Conradum de Hamelnburg, Eberhardum de Gattenhouen, Eberhardum de Herbipoli dictum de Zimmern, Waltherum et Waltherum dictos de Domo lapidea in Gamundia, Lůppoldum de Grůnbach, Nicolaum de Liehtenberg, aliosque..,

Digitized by Google

canonicos ecclesie in Haug predicte; jtem Eberhardum de Boppfingen custodem, Wernherum de Amorbach, Rudigerum de Bechlingen, Wůlfingum de Heidenheim. Johannem de Ariete cantorem, Nicolaum de Bůrkhein, Heinricum de Heilprunna, Fridricum de Herbstleben, Heinricum de Dietenkein, Arnoldum de Kitzingen, Michaelem de Leone dictum de Moguncia scolasticum, Johannem de Malberg, Conradum Bersich, Heinricum Grůb, Conradum dictum Minner, Johannem Katzenstein, Conradum dictum Paters, Fridricum de Důrn. Petrum dictum Witich, Jringum de Noua ciuitate, Petrum de Spekfelt, Johannem de Ariete juniorem, Fridricum dictum Freudenrich, Johannem de Heilkprunna, Eberhardum Goltstein, Johannem de Augusta, Jacobum Katzenstein, aliosque .. canonicos ecclesie Nouimonasterij prelibate; jtem Fridericum de Amorbach, Johannem de Wormacia, prebendales, Heinricum de sancto Stephano, Johannem de Hamelnburg succentorem, Waltherum de Wisentpach, Ludowicum de Grůnsfelt, Brůnonem de Ohsenfurt, Heinricum Thuringum dictum de Katzenwikhus, Conradum de Hamelnburg dictum de sancto Gallo, Wôrtwinum de Gambůrg, Hartungum Eschenweg, Johannem de Megkenmůlen, Conradum de Megkenmůlen, Albertum de Westfalia, Johannem de Wimpina, Heinricum de Kranach, Fridericum de Nôrdlingen dictum Pauper, Nicolaum de Oppferbein, Heinricum de Karlspach, Fridericum de Werthein dictum de Ergersheim, Theodoricum dictum de Jngolstat, Heinricum de Astauia, Albertum dictum Muntscheller, Petrum de Byschofeshein, Andream dictum Zirkenbach de Hamelnburg, Heinricum de Gotta, sacerdotes, Bertoldum de Gotta, Bertoldum dictum Roleder, Heinricum dictum Sendelfelt, Heinricum Sweuum dictum de Golnhouen, Heinricum de Karlburg subcustodem, Conradum de Hefingen, Conradum de Harthein, Vllinum de Steten, Fridericum de Linach, Johannem dictum Ro-

leder, Heinricum dictum Hachenberg, Nicolaum de Steten, Johannem dictum Beyer, Hermannum dictum Remel, Johannem dictum Stellewagen, Johannem de Gotta, aliosque .. vicarios, Arnoldum dictum de Lankhein cappellanum cappelle in Rosseberg prope Herbipolim, et Conradum dictum de Wigkershein, quondam vicarios. Heinricum dictum de Sande sacerdotem, Theodoricum de Nůenburg dictum Reprobst dyaconum et lectorem, chorales ipsius ecclesie herbipolensis maioris; jtem Johannem de Heroldeshusen, Conradum dictum Armkneht, Nicolaum de Missna, V̊lricum de Verspach, Conradum dictum de Foro, Gernoldum de Werthein, Bertoldum dictum Ziger de Fulda, Fridericum de Fůhtwang, Conradum de Rotenburg, Rudolfum de Hůnfelt, Petrum de Karlstat, V̊lricum dictum Hegel, Sifridum de Nůenstat, Conradum dictum Buzbagk, Fridericum dictum in der Auwe, Sifridum dictum Ratpot de Mertzenshein, Theodoricum de Thuringia, Conradum de Boppfingen, Conradum de Mergenthein, Gysonem dictum Ziger de Fulda, aliosque .. vicarios, Heinricum dictum Schele de Heidenfelt, Johannem dictum Thomam de Kassel, clericos in sacris ordinibus constitutos, lectores chori ecclesie sancti Johannis in Haug predicte; jtem Albertum de Wisentpach, Gernoldum de Wisentpach, Gotfridum de Grůnsfelt, Sybotonem de Herbipoli oriundum subcustodem, Heinricum dictum Schilling de Bůtert, Conradum dictum den sůzzen Conrat, Conradum dictum de sancto Laurencio, Helyam dictum de sancto Laurencio, Ludowicum de Lor, Heinricum Bersich, Andream de Bůtert, Bartholomeum de Bůtert, Vlricum de Spyra, Conradum Grůb, Johannem de Rotenburg, Heinricum Sweuum, Johannem Goldrun, Syboldum Thuringum. Johannem de Hettingsfelt, Johannem de Retzstat, Conradum de Rotenburg, Johannem de Lor, Johannem dictum de sancto Bůrkardo, Conradum dictum de Schippfe, aliosque .. vicarios, Heinricum de Jsenach sacerdotem succentorem, Albertum

Digitized by Google

dictum Gredinger de Bamberg dyaconum, Johannem dict
Schintfezzel subdyaconum, lectores chori ecclesie Nouimonaste
supradicte; earumdemque ecclesiarum scolarum .. rectores .. scolares
consorciales .. chorales .. subchorales seu ribiciarios .. dormitoriarios
ecclesiasticos .. campanarios ac alios in eisdem ecclesijs seruitores; jte
Conradum de Dûrn viceplebanum, Johannem de Fritzschlari
Heinricum dictum Merbot, Heinricum dictum Vogel d
Melrstat, sacerdotes socios plebanie ecclesie herbipolensi
maioris; jtem Petrum plebanum parrochie in Sande herbi-
polensis, Heinricum dictum Merbot presbyterum eius socium
jtem Conradum plebanum parochie in Hauge herbipolensis
Wernherum de Thuringia presbyterum suum socium; jtem
Heinricum plebanum parrochie in Bleichach herbipolensis
Gerungum de Tûngden primissarium ibidem: jtem et Albertum
plebanum parrochie ad sanctum Burkardum herbipolensis
et Gerhardum de Moguncia sacerdotem eius socium; aliosque..
sacerdotes .. socios .. scolares ac ecclesiasticos .. seruitores plebanarum
predictarum; jtem Heinricum de Herbipoli omnium animarum,
Johannem de Rosenfelt sancti Gothardi in ponte, Johan-
nem sanctorum Felicis et Adaucti in curia dicta zu Greuenegk-
kart, et Conradum beatorum Philippi et Jacobi apostolorum zv
der vinstern cappellen, cappellarum herbipolensium cap-
pellanos; jtem Johannem de Saxonia quondam ecclesiasticum
herbipolensem, Johannem de Wormacia, et Heinricum
Saxonem aliosque .. sacerdotes non intitulatos seu beneficiatos
Herbipoli cum domicilio habitantes et officiantes altaria in ecclesijs
predictis et cappellis ibidem; jtem Conradum dictum Linse de
Mûnrstat, Heinricum dictum Remel, Johannem de Nort-
husen, Johannem dictum Amelûng, aliosque .. officiales et
.. scribas .. archidiaconorum herbipolensium predictorum .. ad-
uocatos eciam .. procuratores .. tabelliones .. notarios eciam
publicos .. scribas et .. sigillatores .. precones et .. nuncios
juratos eciam .. officiatos judiciorum ecclesiasticorum herbipolen-
sium; Johannem eciam dictum Bersich de Karlstat officiatum,
Heinricum dictum Katzenstein notarium, Conradum dictum

Digitized by Google

zzenhein scriptorem coquine curie episcopalis herbipolen-
is, Johannem et Conradum dictos de Leone fratres, Mar-
uardum dictum Kempff de Amberg, et Bertoldum dictum
e Eychach, clericos herbipolenses; jtem .. conmendatores et
priores aliosque .. fratres conuentuales tam clericales quam laycales
domorum herbipolensium .. fratrum sancte Marie ordinis Theu-
tonicorum et hospitalis sancti Johannis jerosolymitani; jtem ..
priores et .. gardianos singulosque .. fratres conuentuales domorum
herbipolensium ordinum predicatorum, et minorum, sancti
Augustini, Carmelitarumque fratrum; ceterasque personas
vniuersas et singulas ecclesiasticas tam religiosas quam seculares
vtriusque sexus exemptas et nonexemptas, earumque .. collegia et ..
conuentus cuiuscumque ordinis professionis gradus status vel con-
dicionis existant jpsius ciuitatis herbipolensis et suburbiorum
suorum conmuniter seu coniunctim ac diuisim .. prouide attendentes
bonarum fore mencium ibi culpam timere vbi culpa minime reperitur,
et propterea eciam si non necessitate vrgente saltem cautela sa-
lutifera fieri id swadente petentes humiliter atque rite jn persona
Johannis de Frankenfort, succentoris ecclesie bambergen-
sis, procuratoris eorum ad hoc mandatum sufficiens ac speciale
habentis — ab eodem siquidem procuratore jn animas ipsorum domi-
norum suorum et personarum qui et que eum suum procuratorem
ac nuncium specialem constituerunt ad ista et huiusmodi absolu-
cionis beneficio indigere censentur de stando mandatis sancte matris
ecclesie atque nostris ad sancta dei ewangelia corporaliter tacta
prius coram nobis solempniter prestito juramento ac ipsum pro-
curatorem huiusmodi constituencium nomine procuratorio et pro
ipsis a suspensionum exconmunicacionum et jnterdicti alijsque penis
et sentencijs ab homine vel a jure prolatis, contentis quidem in
processibus nedum appostolica ad instanciam domini Alberti de
Hohenberg tuncpridem ab eadem sede appostolica in episcopum
herbipolensem prefecti, deinde vero ad ecclesiam frysingen-
sem translati, sed eciam ordinaria eiusdem domini Alberti vt
tunc herbipolensis electi auctoritate in negocio episcopali ipsius
ecclesie herbipolensis pro eodem domino Alberto de Hohen-

berg vt tunc herbipolensi electo contra venerabilem fratrem nostrum dominum Albertum de Hohenloch tunc quidem nondum sed modo pridem diuina et ipsius sedis appostolice prouidencia in episcopum herbipolensem prefectum sibique .. fauentes et adherentes tunc latis ac eciam promulgatis, auctoritate quidem appostolica nobis in hac parte conmissa, jniuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari, jn dei nomine jn forma ecclesie — seruato eciam per omnia tenore conmissionis appostolice desuper nobis facte — rite absoluimus, ac absolucionem huiusmodi presentibus promulgamus, ac eciam jnterdicta quibus ecclesia ciuitas oppida castra ville et loca alia ac terre ipsorum ac episcopij herbipolensis subiacent, et quascumque penas alias spirituales et temporales relaxamus et remittimus in hiis scriptis.

Preterea cum clericis ipsis super jrregularitate quam — non tamen jn contemptum clauium ecclesie — celebrando diuina vel inmiscendo se illis aut in susceptis ministrando ordinibus contraxerunt debite dispensauimus, et eos habilitauimus, ac sic dispensando et habilitando auctoritate appostolica nobis eciam in hijs conmissa eos in statum pristinum reducimus per presentes.

Preuia quoque absolucione .. christifidelium tam ecclesiasticarum quam mundanarum vtriusque sexus personarum defunctarum ibidem, presertim que tanquam cristiane katholice jn processibus seu tempore processuum de quibus predicitur decesserunt, corpora sua auctoritate qua supra eciam ad hoc nobis conmissa mandamus tradi ecclesiastice sepulture, et iam sepulta permittimus in domino quiescere, eorumque animas fidelium suffragijs adiuuari, conmittentes nichilominus et mandantes auctoritate appostolica qua et supra vniuersis .. prelatis et .. plebanis ecclesiarum qui fuerint desuper requisiti, quatenus premissa in ambonibus ecclesiarum suarum ac alias vbi fuerit opportunum publicent ac faciant publicari.

Jn cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli appensione fecimus conmuniri.

Digitized by Google

Datum Bamberg, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimoprimo, feria quarta post diem beati Petri ad vincula.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

2.

Fridericus dei et sancte sedis apostolice gracia episcopus bambergensis, conmissarius ab eadem sede ad infrascripta deputatus, tenore presencium .. perceptoribus patefacimus vniuersis, quod dilectos in Christo .. abbates .. abbatissas .. priores .. priorissas .. prelatos .. canonicos .. vicarios .. monachos et .. plebanos sociosque eorum ac alias personas ecclesiasticas .. seculares et .. religiosas vtriusque sexus exemptos et non exemptos ordinis collegij dignitatis preeminencie status seu condicionis cuiuscunque existentes, ac vniuersum clerum eiusque .. capitula .. collegia et .. conuentus ecclesiarum monasteriorum ac domorum ciuitatis herbipolensis ac suburbiorum suorum conmuniter seu coniunctim ac diuisim, religiosis tamen .. gardiano et .. fratribus .. conuentualibus domus herbipolensis ordinis fratrum minorum ac eciam sanctimonialibus monasterij sancte Agnetis ibidem ordinis sancte Clare suisque conuentibus et ecclesijs cum ceteris sui ordinis aliisque .. personis jam pridem in casu bawarino subscripto debite absolutis aut alias absolucione ac dispensacione de quibus sequitur non indigentibus exceptatis, prouide attendentes bonarum fore mencium ibi culpam timere vbi culpa minime reperitur, et propterea eciam si non necessitate vrgente saltem cautela salutifera fieri id swadente petentes humiliter atque rite jn persona Johannis de Frankenfurt, succentoris ecclesie nostre bambergensis, procuratoris eorum ad hoc mandatum sufficiens ac speciale habentis, ab eodem siquidem procuratore in animas ipsorum dominorum suorum et personarum qui et que eum suum procuratorem ac nuncium specialem constituerunt in hac parte de confitendis

Digitized by Google

et obseruandis articulis contentis in litteris apostolicis directis quidem nobis in casu bawarino infrascripto ad sancta dei ewangelia corporaliter tacta coram nobis solempniter prestito juramento, ac ipsum procuratorem huiusmodi constituencium nomine procuratorio et pro ipsis a suspensionis exconmunicacionis et jnterdicti alijsque penis et sentencijs spiritualibus ac temporalibus ab homino vel a jure prolatis, contentis quidem in processibus contra quondam dominum Ludwicum de Bawaria suosque . . fautores ab ipsa sede apostolica promulgatis iamdudum, auctoritate quidem apostolica nobis in hac parte conmissa, iniuncta siquidem pro modo culpe penitencia salutari, jn dei nomine in forma ecclesie — seruato eciam per omnia tenore conmissionis a dicta sede desuper nobis facte — rite absoluimus, ac absolucionem huiusmodi presentibus promulgamus, ac eciam jnterdicta quibus ecclesia herbipolensis alieque ecclesie capelle ac loca ciuitatis et suburbiorum predictorum coniunctim seu diuisim obinde subiacere censentur, et quascunque alias penas spirituales et temporales in premissis seu premissorum occasione latas et promulgatas iamdudum, auctoritate quidem apostolica nobis ad hoc ut prefertur conmissa, debite relaxamus ac remittimus sub hijs scriptis.

Preterea cum clericis ipsis super irregularitate quam — non tamen in contemptum clauium ecclesie — celebrando diuina vel inmiscendo se illis aut in susceptis ministrando ordinibus contraxerunt debite dispensauimus, et eos habilitauimus, ac sic dispensando et habilitando auctoritate apostolica nobis in hijs conmissa eos in statum pristinum reducimus per presentes, conmittentes nichilominus et mandantes auctoritate apostolica qua et supra vniuersis . . prelatis ac . . plebanis ecclesiarum qui fuerint desuper requisiti, quatinus premissa in ambonibus ecclesiarum suarum ac alias vbi fuerit oportunum publicent et faciant publicari.

Datum Babenberg, anno domini M° CCC° L° primo, feria quarta post diem beati Petri ad vincula.

Friderici episcopi bambergensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Digitized by Google

3.

Fridericus dei et sancte sedis appostolice gracia episcopus bambergensis, conmissarius eiusdem sedis auctoritate ad infrascripta deputatus, tenore presencium .. perceptoribus patefacimus vniuersis, quod dilectos in Cristo vniuersos et singulos .. scultetos .. judices .. causidicos ceterosque .. officiatos ac .. ministros secularium judiciorum herbipolensium, necnon .. ciues ac .. jncolas vtriusque sexus, seculares .. personas ciuitatis herbipolensis conmuniter seu coniunctim ac diuisim — prouide attendentes bonarum fore mencium ibi culpam timere vbi culpa minime reperitur, et propterea eciam si non necessitate vrgente saltem cautela salutifera fieri id swadente petentes humiliter atque rite jn persona Johannis de Frankenfort, succentoris ecclesie bambergensis, procuratoris eorum ad hoc ab eis mandatum sufficiens ac speciale habentis — ab eodem siquidem procuratore jn animas ipsorum .. dominorum suorum ac personarum qui et que eum suum procuratorem ac nuncium specialem constituerunt ad ista et huiusmodi absolucionis beneficio indigere censentur de confitendis et obseruandis articulis contentis in litteris appostolicis, directis quidem nobis in casu bawarino necnon jn negocio ecclesie herbipolensis infrascriptis, de stando mandatis sancte matris ecclesie atque nostris ad sancta dei ewangelia corporaliter tacta prius coram nobis sollempniter prestito iuramento, ac ipsum procuratorem huiusmodi constituencium nomine procuratorio et pro ipsis ab exconmunicacionis et jnterdicti aliisque penis et sentencijs tam spiritualibus quam temporalibus .. ciues quidem ac .. jncolas vtriusque sexus seculares personas earumque vniuersitatem ac ciuitatem herbipolensem de quibus predicitur contingentibus ab homine vel a jure prolatis, contentis quidem jn processibus contra quondam dominum Ludowicum de Bawaria suosque .. fautores ab ipsa sede appostolica promulgatis iamdudum quam jn processibus nedum appostolica ad instanciam domini Alberti de Hohenberg tunc pridem ab eadem sede appostolica in

Digitized by Google



Digitized by Google

CC.

1351, die 25. augusti.

Ecclesia herbipolensis silvam zu dem Stulberg dictam coenobio sanctimonialium ordinis praedicatorum in Rotenburg sito appropriat.

Albertus dei et sancte sedis apostolice gracia electus in episcopum herbipolensem confirmatus ad infrascripte rei memoriam sempiternam.

Bone rei dare patrocinium seu consultum et presentis vite subsidium obtinere et eterne remuneracionis premium expectare meretur.

Quia itaque strennuus miles Conradus Coquinarius de Nortenberg dictus de Vorndorf siluam seu virgultum zů dem Stůlberg, situm in marchia castri Nortenberg nostre dyocesis et confinatum in vno latere cum siluula dicta Streytlach, cum omnibus suis juribus et pertinencijs quesitis et inquirendis, a nobis quidem et ecclesia nostra herbipolensi in feudum procedens hactenus ab antiquo, et quam siluam seu virgultum zů dem Stůlberg jdem miles a nobis et ecclesia nostra predicta tenuit in feudum, dilectis in Christo . . priorisse et . . conuentui sanctimonialium monasterij opidi Rotenburg ordinis fratrum predicatorum nostre dyocesis ac ipsi monasterio de nostro auctorizatiuo consensu rite et racionabiliter pro certa summa pecunie vendidit ac justo vendicionis tytulo tradidit seu tradendo debite assignauit, necnon ementes quam vendentes huiusmodi nobis humiliter supplicarunt vt huiusmodi siluam seu virgultum dictum Stůlberg ab onere ac jure feudali absoluere, et predictis . . priorisse et . . conuentui monasterio quoque earum canonice appropriare fauorabiliter dignaremur, propterea nos — considerantes nonmodici fauoris existere

bona ecclesiastica de laycorum manibus in quibus huiusmodi silua seu virgultum per tempora exstitit longiora eripere et ad vsus ecclesiasticarum personarum reuocare pro cultu ampliando diuino — de consensu quidem et collaudacione honorabilis capituli ecclesie nostre herbipolensis predicte huiusmodi siluam seu virgultum dictum Stůlberg cum suis juribus et pertinencijs quesitis et inquirendis ab omni jure et onere feudali debite absoluendo jpsis . . priorisse et . . conuentui monasterioque earum, ipsius siquidem monasterij necessitate vrgente, ac eciam euidente vtilitate swadente, propter deum pure simpliciter et canonice appropriauimus incorporauimus ac appropriando et incorporando inperpetuum in hijs scriptis sollempniter annectimus et vnimus. Jn reconpensam quoque ymo verius rememoracionem appropriacionis huiusmodi . . . priorissa et . . conuentus predicti monasteriumque earum vnam libram cere nomine census de dicta silua seu virgulto in Stůlberg ad altare chori sancti Kyliani, patroni ecclesie nostre predicte, annis singulis in epiphania domini soluere siue dare debebunt.

Jn cuius rei testimonium perpetuum atque robur sigillum nostrum presentibus est appensum.

Porro nos totum capitulum ecclesie herbipolensis predicte recognoscimus et patefacimus in hijs scriptis, quod premissa de capitulari omnium nostrum consensu et collaudacione vnanimi debite processerunt, sigillo quidem nostri capituli eciam presentibus coappenso in testimonium euidens premissorum.

Datum anno domini M° CCC° L° primo, VIII° kalendas septembris.

Quorum mentio facta est sigillorum fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum alterum prorsus decidit, alterum plus minus laesum est.

CCI.

1351, die 31. augusti.

Albertus episcopus et canonici quidam ecclesiae herbipolensis profitentur, clerum et personas saeculares dioecesis herbipolensis procuratores impetrandi remissionem poenarum processibus papalibus tam in Ludovici quondam imperatoris fautores quam occasione provisionis episcopatus herbipolensis factis promulgatarum constituisse.

In dei nomine amen.

Albertus diuina et sancte sedis apostolice prouidencia in episcopum herbipolensem prefectus, et officialis curie herbipolensis, Wolframmus Pincerna de Rosseberg, Albertus de Hesseburg, Luppoldus de Bebenburg, Gotfridus de Nydecke, Johannes Pincerna de Erpach, Eberhardus de Hirczhorn, Johannes de Grunbach, Theodoricus de Maspach, et Heinricus de Reynstein senior, canonici in ecclesia herbipolensi, archidyaconi, tenore presencium .. perceptoribus patefaciums vniuersis, quod dilecti in Cristo .. abbates .. abbatisse .. priores .. priorisse .. magistre .. prepositi .. decani aliique .. prelati .. canonici .. monachi .. plebani .. viceplebani eorumque .. socii sacerdotes .. vicarij .. cappellani alieque .. persone ecclesiastice religiose et seculares vtriusque sexus exempte et non exempte, jpsarumque .. capitula .. collegia et .. conuentus ordinis professionis dignitatis preeminencie status seu condicionis cuiuscunque existentes, ac clerus et clerici, populus quoque ac layce sexus vtriusque persone nostre dyocesis herbipolensis, presertim qui et que absolucionis remissionis relaxacionis et dispensacionis beneficijs de quibus sequitur pro se suisque ecclesijs atque locis indigere censentur, prouide siquidem attendentes, quod si infrascripta fieri ac procedere ad effectum necessitas non vrgeret, nichilominus tamen superhabundans

Digitized by Google

cautela pro augenda salute suarum animarum swaderet, cum bonarum mencium sit ibi culpam timere vbi culpa minime reperitur, propterea honestos et discretos viros dominum Johannem de Frankenfurt. succentorem ecclesie bambergensis. Bertoldum de Eychach. presbyteros. Conradum de vzzenheim, Petrum de Mosbach, ac Heinricum de Sulczbach publicum jmperiali auctoritate notarium, clericos, suos fecerunt et constituerunt procuratores ac nuncios speciales et quemlibet eorum insolidum ad inpetrandum petendum obtinendum et recipiendum humiliter atque rite huiusmodi constituencium nomine et pro ipsis conmuniter ac diuisim a reuerendo in Cristo patre domino Fridrico episcopo bambergensi, conmissario a dicta sede apostolica desuper deputato, beneficium absolucionis remissionis et relaxacionis ab exconmunicacionis suspensionis et jnterdicti alijsque sentencijs atque penis tam spiritualibus quam temporalibus ab homine vel a jure prolatis, contentis quidem in processibus contra quondam dominum Ludwicum de Bawaria suosque . . fautores a dicta sede promulgatis iamdudum, necnon ad confitendum specifice et diuisim suos excessus et defectus in premissis, et ad jurandum eciam in animas suas articulos in literis apostolicis prelibato domino episcopo bambergensi directis in hac parte contentos obseruanciamque eorum, jtem ad petendum et recipiendum vt supra humiliter atque rite huiusmodi constituencium nomine et pro ipsis conmuniter ac diuisim ab eodem domino episcopo bambergensi, conmissario eciam desuper auctoritate ipsius sedis apostolice deputato, beneficium absolucionis remissionis et relaxacionis a suspensionis exconmunicacionis et jnterdicti alijsque sentencijs atque penis spiritualibus et temporalibus ab homine vel a jure prolatis de quibus et ut eciam continetur in processibus tam apostolica ad jnstanciam domini Alberti de Hohenberg tunc quidem ab ipsa sede apostolica in episcopum herbipolensem prefecti, deinde vero ad ecclesiam frisingensem translati, quam ordinaria huiusmodi domini Alberti vt tunc herbipolensis electi auctoritate jn negocio episcopali ipsius ecclesie herbipolensis pro eodem domino Alberto de Hohenberg ut tunc herbipolensi electo contra nos Albertum tunc quidem nondum sed

modo pridem diuina et ipsus sedis apostolice prouidencia in episcopum herbipolensem prefectum nobisque . . fauentes et . . adherentes tunc latis et promulgatis vt fertur, et ad prestandum prius desuper in animas huiusmodi constituencium juramentum ad sancta dei ewangelia corporaliter tangenda de stando mandatis sancte matris ecclesie et ipsius domini . . conmissarii in hac parte, ad inpetrandum quoque et recipiendum ut supra humiliter atque rite ab eodem domino . . conmissario beneficium dispensandi cum ipsis quidem clericis dumtaxat super irregularitate quam ipsi huiusmodi duplicium seu plurium processuum sentencijs atque penis coniunctim seu diuisim irretiti celebrando diuina vel inmiscendo se illis aut in susceptis ordinibus ministrando vel in locis ecclesiastico suppositis jnterdicto seu alias premissorum occasione contraxisse censentur, jpsosque habilitandi exinde et in statum pristinum reducendi auctoritate apostolica ut prefertur conmissa, et ad audiendum recipiendumque obinde in vtroque seu quolibet casuum predictorum a prefato domino . . conmissario jniunctionem salutaris penitencie debite adinplende, necnon ad faciendum omnia et singula alia existencia in premissis et quolibet premissorum necessaria ac eciam oportuna eciam si mandatum exigant speciale, et que huiusmodi constituentes deberent facere siue possent si personaliter tunc adessent, ratum et gratum sub debito obediencie sue et rerum suarum omnium ypotheca vtique habituri quicquid per suos procuratores predictos seu quoscunque ex eis suo nomine ac pro ipsis conmuniter seu diuisim factum fuerit in premissis seu premissorum quocunque.

Jn cuius rei testimonium mandauimus sigilla nostra ad peticionem huiusmodi constituencium nomine et pro ipsis desuper nobis factam huic scripto appendi.

Datum anno domini M° CCC° L° primo, ij kalendas septembris.

Duodecim quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa fere omnia integra sunt.

CCII.

1351, die 5. septembris.

Cunradus decanus ecclesiae Novi monasterii herbipolensis, commissarius ad infrascripta auctoritate sedis apostolicae deputatus, auctoritate commissionis et mandationis auctoritate dictae sedis factarum, de quibus et ut in instrumento publico seu patentibus litteris venerabilis viri domini Oliverii de Cerzeto decani ecclesiae sancti Ylarii pictaviensis, executoris ad haec auctoritate ejusdem sedis specialiter deputati, sigilli appensione munitis plenius continetur, honorabiles viros . . decanum et . . capitulum ac . . canonicos ecclesiae herbipolensis et omnes alios tam . . clericos quam . . laicos qui excommunicationis suspensionis et interdicti sententias et poenas inciderunt, de quibus et ut in eisdem litteris clarius continetur, ab eisdem poenis et sententiis — servatis servandis — secundum continentiam et exigentiam earundem litterarum rite absoluit, injuncta eis obinde poenitentia salutari, ac eos sic absolutos praesentibus nuntiat, nihilominus etiam suspensionis et interdicti sententias occasione in dictis litteris contentorum latas penitus relaxans.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo ccc. l primo, nonis septembris, sub sigillo Cunradi decani huic scripto appenso in testimonium evidens praemissorum.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

CCIII.

1351, die 6. septembris.

Friedericus episcopus bambergensis clerum et laicos dioecesis herbipolensis a poenis promulgatis processibus papalibus tam in Ludovici quondam imperatoris fautores quam occasione provisionis episcopatus herbipolensis factis absolvit.

Fridericus dei et sancte sedis apostolice gracia episcopus bambergensis, conmissarius eiusdem sedis auctoritate ad sequencia deputatus, tenore presencium . . perceptoribus patefacimus vniuersis, quod dilectos in Christo . . abbates . . abbatissas . . priores . . priorissas . . magistras . . prepositos . . decanos . . aliosque . . prelatos . . canonicos . . monachos . . plebanos . . viceplebanos eorumque . . socios sacerdotes . . vicarios et . . cappellanos aliasque . . personas ecclesiasticas religiosas et seculares vtriusque sexus exemptas et nonexemptas, jpsarumque capitula . . collegia et . . conuentus ordinis professionis dignitatis preeminencie status seu condicionis cuiuscumque existentes, ac . . clerum et . . clericos . . populum eciam ac . . laycas sexus vtriusque personas dyocesis herbipolensis, presertim qui et que absolucionis remissionis relaxacionis et dispensacionis beneficiis de quibus sequitur pro se suisque ecclesijs atque locis indigere censentur, prouide siquidem attendentes bonarum fore mencium ibi culpam timere vbi culpa minime reperitur, et proptera eciam si non necessitate vrgente saltem cautela salutifera fieri id swadente petentes humiliter atque rite jn persona dilecti in Christo Conradi dicti de v̊zzenhein clerici dicte herbipolensis dyocesis, procuratoris sui ad hec ab eis mandatum sufficiens ac speciale habentis, ab eodem siquidem procuratore in animas jpsorum dominorum suorum et personarum qui et que eum suum procuratorem ac nuncium specialem constituerunt ad ista de confitendis et obseruandis articulis contentis in litteris appostolicis directis quidem nobis in casu bawarino necnon

Digitized by Google

jn negocio ecclesie herbipolensis infrascriptis de stando mandatis sancte matris ecclesie atque nostris ad sancta dei ewangelia corporaliter tacta prius coram nobis sollempniter prestito juramento, ac jpsum procuratorem huiusmodi . . constituencium nomine et pro ipsis a suspensionum exconmunicacionum et jnterdictorum alijsque sentencijs atque penis tam spiritualibus quam temporalibus huiusmodi quidem . . constituencium personas . . capitula . . collegia . . conuentus ecclesias cappellas alia quoque loca ac eciam vniuersitatem quomodolibet contingentibus ab homine vel a jure prolatis, contentis quidem eciam tam in processibus contra quondam dominum Ludowicum de Bawaria suosque . . fautores ab ipsa sede appostolica promulgatis iamdudum, quam jn processibus nedum appostolica ad instanciam domini Alberti de Hohenberg tunc pridem ab eadem sede appostolica in episcopum herbipolensem prefecti, deinde vero ad ecclesiam frisingensem translati, sed eciam ordinaria eiusdem domini Alberti vt tunc herbipolensis electi auctoritate in negocio episcopali ipsius ecclesie herbipolensis pro eodem domino Alberto de Hohenberg vt tunc herbipolensi electo contra venerabilem fratrem nostrum dominum Albertum de Hohenloch tunc quidem nondum sed modo pridem diuina et ipsius sedis appostolice prouidencia in episcopum herbipolensem prefectum sibique . . fauentes et . . adherentes tunc latis ac eciam promulgatis, auctoritate quidem appostolica nobis in hac parte conmissa, jniuncta sibi pro modo culpe penitencia salutari, jn dei nomine in forma ecclesie, seruatis eciam tenoribus conmissionum auctoritate ipsius sedis appostolice nobis super istis factarum, rite absoluimus et absolucionem huiusmodi presentibus promulgamus, ac eciam jnterdicta quibus ecclesie cappelle aliaque loca de quibus predicitur obinde subiacere censentur, et quascumque sentencias et penas alias spirituales et temporales in premissis seu premissorum occasione latas et promulgatas auctoritate quidem appostolica nobis ad hec vt prefertur conmissa debite relaxamus et remittimus per presentes.

Pretera cum clericis ipsis super jrregularitate quam — non tamen in contemptum clauium ecclesie — celebrando diuina vel inmiscendo se illis aut in susceptis ministrando ordinibus contraxerunt debite dispensauimus, et eos habilitauimus, ac sic dispensando et

Digitized by Google

habilitando auctoritate appostolica nobis in hijs conmissa eos in statum pristinum reducimus in hijs scriptis.

Preuia quoque absolucione christifidelium tam ecclesiasticarum quam mundanarum vtriusque sexus .. personarum defunctarum ibidem, presertim que tanquam christiane katholice jn processibus seu tempore processuum de quibus predicitur decesserunt, corpora sua auctoritate appostolica eciam ad hec nobis conmissa mandamus tradi ecclesiastice sepulture, et iamsepulta permittimus in domino quiescere, eorumque animas fidelium suffragijs adiuuari, conmittentes nichilominus et mandantes auctoritate appostolica qua et supra vniuersis . . prelatis ac . . plebanis ecclesiarum qui fuerint desuper requisiti, quatinus premissa in ambonibus ecclesiarum suarum ac alias vbi fuerit opportunum publicent ac faciant publicari.

Jn cuius rei testimonium presentem litteram nostri sigilli appensione fecimus conmuniri.

Datum Bamberg, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimoprimo, VIII°. jdus septembris.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

CCIV.

1351, die 7. septembris.

Albertus dei et sanctae sedis apostolicae gratia in episcopum herbipolensem praefectus, commissarius ad infrascripta auctoritate ejusdem sedis specialiter deputatus, cum decano et canonicis praesertim capitularibus ecclesiae herbipolensis aliisque presbyteris et clericis primitus debite absolutis a peccatis sententiis atque poenis de quibus et ut in patentibus literis reverendi in Cristo patris domini Stephani tituli sanctorum Johannis et Pauli presbyteri cardinalis, summi poenitentiarii dictae sedis, sigilli appensione munitis plenius continetur, ipsis siquidem absolutis ad tempus prout vidit expedire a suorum ordinum executione suspensis, tandem suffra-

Digitized by Google

[illegible]

[illegible]

[illegible]

prouisurl, quod obinde ad singula vestra negocia efficaciter promouenda vobis grata vicissitudine teneamur.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC° L^imo primo, XVI. kalendas nouembris.

SECRetum ALBERTI DEI GRaciA EPiscopI HERBipolensis fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

CCVI.

1351, die 25. novembris.

Eberhart Zengisen vnd seine Frau Elsebet empfangen Leibrecht auf Gütern der Oblei zu Randersacker.

In gots namen amen.

Wir Eberhart Zengisen vnd Elsebet sin elich wirtin gesezzen zu Randersacker in dem bystûm ze Wirzburg bekennen vnd tûn kunt offenlich an disem brief allen den die in sehen lesen oder horen lesen, daz wir do wir libes vnd mûtes gesunt waren vnd gen vnd sten mochten mit gesamenter hant mit gutem rat vnd mit freiem willen vnbetwngenlich habe gegeben gesetzet vnd gemachet vnd geben setzen vnd machen one widerrufenlich recht vnd redelich mit dem allerbesten rechte als wir daz getûn kunden vnd mochten vnd craft vnd macht hat mit disem brief sancte Kylian vnd sinem stift zum tûme ze Wirzburg vnd sunderlich den herren die daz oblagie zu Randersacker jnne haben vns selber vnd alle vnser gut, sie sin lehen oder eygen oder varndhabe, besûcht vnd vnbesûcht, wie die benant oder wa die gelegen sin, die wir ietzunt haben oder hernach gewinnen on allerhande geuerde; vnd sunderlich funfthalben morgen eygener wingarten gelegen in der mark zu Randersacker, der vier morgen gelegen sin an eynem stucke in dez tufels kelen, dar an einsit Helwigs in dem bach vnd andersit vnser selbs wingarten stozen; vnd ein halber morge auch da selbs gelegen, dar an einsit Huges Wisensag vnd andersit Sitzen Nukeler wingarten an stozen: also daz die vorgnanten oblagie herren sich vnser vnd der vorgnanten gut one gerichte mit irm eigenn gewalt

vnderziehen vnd vnderwinden mugen vnd da bi mit gemache sitzen one allez geuerde.

Die selben gut vnd vns selber haben wir sant Kilian vnd sinem stift vnd den vorgnanten oblagie herren uf geben mit munde hant vnd halme als sitlich vnd gewonlich ist, vnd haben sie gesetzet in liplich vnd nutzlich gewalt vnd gewer vnser vnd der selben gut.

Daruber han wir auch globt mit guten truwen vnd zu den heiligen gestabet eide gesworn, dise vorgeschriben gabe vnd alle vorgeschriben ding stet ze halten, vnd da wider nicht ze tůn mit gericht oder one gerichte, heimlich oder offenlich, noch anders mit keinen sachen on allez geuerde.

Wer auch daz ieman kome, dez wir doch nit glauben, der sprech wir wern sin eygen, vnd gewunne vns mit dem rechten den vorgnanten oblagie herren ane, so suln die vorgnanten funfthalben morgen wingarten den selben oblagie herren eigentlichen volgen vnd bliben one allez geuerde.

Vnd wir Albreht von Ebersperg schulmeister, Marquart von Heydecke sankmeister, vnd Ernst von Ristenhusen, tumherren ze Wirtzburg, die daz oblagie zu Randersacker ietzunt jnne haben, bekennen auch offenlich an disem brief, daz wir fur vns vnd vnser nachkomen an dem vorgnanten oblagie zu Randersacker haben den bescheidenn eluten Eberhart Zengisen vnd Elsebeten siner elichen wirtin von sunderlicher fruntschaft vnd gnade verlihen vnd enpholhen vnsern zehenthof da selbs zu Randersacker, vnd den cleinen hof da vor gelegen der Sturmers waz, vnd funfthalben morgen eigener wingarten, vnd auch alle ander gut die sie sant Kylian vnd sinem stift ze Wirtzburg vnd sunderlich vns vnd vnsern nachkomen an dem vorgnanten oblagie ze Randersacker gegeben gemacht vnd jngeentwurt haben, also daz sie die jnne haben vnd niezzen suln zu ir beider libe. Vnd wenn ir eins abget, so sol daz ander sich one vnser wort nicht verendern. Vnd suln vns vnd vnsern nachkomen an den vorgnanten oblagie geben alle iar von dem cleinen hof der Sturmers waz dru pfunt haller uf sant Mertins tak.

Ez ist auch geredt, daz die vorgnanten elute alle iar in dem

Digitized by Google

erbest so man in dem cehenthof winden wil suln mit irm vihe ziehen in den cleinen hof als lange biz der herbest ein ende hat.

Ez ist auch mer geredt: ist daz Eberhart e abget dann Elsebet, so sol sie den zehenthof rumen, vnd sol in den cleinen hof varn, vnd sol den mit den vorgnanten funfthalben morgen wingarten vnd mit andern guten jnne haben vnd niezzen die wil sie lebet.

Vnd die vorgnanten elute globen wir fur vns vnd vnser nachkomen an dem vorgnanten oblagie mit guten truwen ze schuren vnd ze schirmen gen allermeinglich so wir beste mugen one allez geuerde.

Vnd zu eim vrkunde aller vorgeschriben dinge haben wir die vorgnanten elute vnd die egnanten dri oblagie herren gebeten den erbern herren den .. official zu der Rotentur ze Wirtzburg, daz er sin jnsigel hat gehenket an disen brief, den Conrade von Nordelingen auch durch vnsrer bete willen hat geschriben, vnd mit sinem gewonlichen zeichen gezeichent. Vnd wir der ietzgnant .. official bekennen auch offenlich an disem brief daz wir vnsers gerichtes jnsigel durch bete willen der vorgnanten drier oblagie herren vnd der zweir elute haben gehenket an disen brief.

Dicz geschach in der stat ze Wirtzburg, jn dem hof Kulenberg, in dez von Ebersperg gemach, do man zalt von Cristes geburt druzehen hundert jar dar nach in dem ein vnd funfzigsten jar, an sant Katherin tak vmb vesper zit.

Vnd hie bi waren gezuge: her Brune vicarier, meister Friderich von Kitzingen kindemeister zum tûm, Conrat Selige pfarrer zu Grunbach, Hans von Stockhein, Heinrich Jnsigel, Heinrich Sintman von Lutzeluelt, vnd Niclaus von Prage slafhuser zum tûm ze Wirtzburg.

Vnd ich Conrat von Nordelingen auspurger bystums, offener vnd gemeiner schriber von der gewalt dez heiligen rômischen richs, wan ich bi disen vorgnanten dingen an der stat als vorgeschriben stet gegenwertig gewest bin, vnd sie also gesehen vnd gehôrt han mit den vorgnanten zugen, so han ich disen brief mit miner hant also geschriben, vnd mit minem gewonlichen zeichen gezeichent als ich zu recht sol.

Cujus mentio facta est sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

Digitized by Google

CCVII.

1351, die 28. novembris.

Konrat von Ebersberg empfängt den halben Theil der Feste zu Herbolzheim vom Hochstifte als Mannslehen.

Jn gotes namen amen.

Jch Chunrat von Ebersberg bekenne vnd tůn kunt ôffenlich an disem brîf, daz ich mit willen vnd wort dez erwirdigen mines gnedigen herren byschof Albrehts ze Wirczburg den halben teyl an der vesten ze Herbolczheim, der eteswan waz der von Adloczheim, vnd den si von dem styffte ze Wirczburg zelehen hetten, vnd der selb teyl auch dez selben styfftes offen hus ist ewiclichen wider aller mencliche one wider den styffte ze Meyncze, reht vnd redlich gekaufte han in allen dem rehten als si den von dem selben styffte ze Wirczburg gehabte haben. Vnd den selben halben teyl han ich von dem vorgnanten minem herren vnd sinem styffte ze manlehen enpfangen, vnd im auch da von als reht vnd gewônlich ist gehuldet vnd gesworen, daz auch min erben daran fûrbazzer tůn sullen.

Aůch han ich sůnderlichen fůr mich vnd min erben gelobte vnd zu den heiligen gesworen, daz min vorgnanter halb teyl an der vesten ze Herbolczheim, den ich vmb die egnanten von Adloczheim gekauft han, sol dez vorgnanten mines herren byschof Albrehts siner nachkomen byschôffen vnd dez styfftes ze Wirczburg ewiclichen offen hus sin vnd beliben wider aller menclich one geuerde, one wider den styffte ze Meyncze, dez der selb halb teyl vor offen huse ist.

Vnd daz ich vnd min erben alle dise vorgeschriben ding also halten vnd tůn ewiclichen one geuerde, han ich fůr mich vnd min erben dem vorgnanten minem herren byschoffen Albreht vnd sinem styffte ze Wirczburg ze einem gezůgnusse dar vber geben mit minem anhangenden jnsigel versigelt disen brîf, der geben ist nach Christus geburt drvczehen hundert jare vnd darnach in dem einen vnd fumfczigstem jare, an dem nehsten mantag vor sant Andreas tag dez heiligen zwelfboten.

Cujus mentio facta est sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est

---

Digitized by Google

Digitized by Google

FAKSIMILE-NACHDRUCK

ALS VORLAGE DIENTE DIE ACADEM. SCIENTIAR.

ELECT., MONACHII AUSGABE VON 1763

DIE VERKLEINERUNG ERFOLGTE IM MASSTAB 95:100

REPRINT 1964 BY

BIBLIOTHEK DER ABTEI NIEDERALTEICH

GESAMTHERSTELLUNG UND ALLEINVERTRIEB

T. MARCZELL, MÜNCHEN

OFFSETDRUCKEREI UND VERLAG

8000 MÜNCHEN 19, LIERSTRASSE 24

PRINTED IN GERMANY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DD
801
B32M6
v.41

Stanford University Libraries
Stanford, California

Return this book on or before date due.



Digitized by Google